Universidad de Deusto
Biblioteca

Bartolus de Saxoferrato ❀ Digesta II

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

BARTOLI
COMMENTARIA IN SECVNDAM DIGESTI VE-

teris partẽ doctiſ. viri D. Petri Pauli Pa
riſij Cardinalis admodùm reueren-
di non paucis additionibus
nuper illuſtrata, ac-
curatéque ca-
ſtigata.

19146

LVGDVNI,
M. D. LII.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Rubic. Secũdæ partis super Digesto veteri.

Actionibus empti & venditi. 132
Ad legem Rhodiam de iactu. 104
Ad senatusconsultum Macedonianum. 106
Ad senatusconsultum Velleianum. 111
Aedilitio edicto & de redhibitoria actione. 162
Aestimatoria actione. 148
Commodati & conducti. 87
Compensationibus. 112
Condictione causa data & causa non secuta. 44
Condictione ex lege. 77
Condictione furtiua. 75
Condictione indebiti. 52
Condictione ob turpem vel iniustam causam. 51
Condictione sine causa. 74
Condictione triticaria. 78
Constituta pecunia. 84
Contrahenda emptione & venditione, & de pactis inter emptorem & venditorem. 128
Depositi vel contra. 113
Distractione pignorum & hypothecarum. 159
Diuortijs. 177
Donationibus inter virum & vxorem. 175
Eo quod certo loco. 79
Euictionibus. 163
Exceptione rei traditæ & venditæ. 165
Exercitoria actione. 101
Fide instrumentorum. 169
Fundo dotali. 175
Hæreditate vel actione vendita. 131
In diem addictione. 131
In litem iurando. 41
In quibus causis pignus vel hypotheca tacitè contrahatur. 156
In rem verso. 111
Institoria actione. 104
Iuris & facti ignorantia. 172
Iureiurando siue voluntario siue necessario. 26
Iure dotium. 173
Lege commissoria. 131
Locato & conducto. 140
Mandati vel contra. 119
Nautico fœnore. 160
Pactis dotalibus. 174
Peculio. 106
Periculo & commodo rei venditæ. 131
Pignoribus & hæpothecis, & qualiter contrahantur. 152
Pignoratitia actione. 93
Præscriptis uerbis, & in factum actionibus. 149
Pro socio. 123
Probationibus & præsumptionibus. 168
Quando actio de peculio est annalis. 104
Quæ res res pignori vel hypothecæ obligari possunt. 156
Qui potiores in pignore habeantur: & de his, qui in priorum creditorum locum succedunt. 157
Quibus modis pignus vel hypotheca soluatur. 160
Quod cum eo, qui in aliena potestate est: negotium gestum esse dicitur. 105
Rebus creditis, & si certum petatur, & de certi cõdictione. 2
Rerum permutatione. 149
Ritu nuptiarum. 172
Rescindenda venditione. 131
Seruis exportandis. 132
Sponsalibus. 172
Testibus. 169
Tributoria actione. 105
Vsuris & fructibus & mora. 165

LVGDVNI.
M. D. LII.

De rebus credit. Si cert. peta. & de certi cõdic. 2

a *De rebus[2] creditis, Si certum petatur, & de certi condictione.* *Rubri.*

1 ☞ *Continuatio rubricæ.*
2 *Mutuum assidue, & frequentius celebratur.*
3 *Mutuum proprie petitur, non autem repetitur.*
4 *Illud, quod nunquam datum fuit, petitur.*
5 *Certi condictio, an sit una, uel plures. remissiue.*

1 Glossa continuat Rubricã† ad præcedentia multũ breuiter. Iaco. de Areti. dicit pinguius: & sic: actionũ aliæ in rẽ: aliæ in personã. De actionibus in rẽ tam vniuersalibus, quã particularib⁹, & tam pro corporalibus, quã pro incorporalibus dictũ est. Sequitur videre de personalibus actionibus, & quia actiones personales, quæ descẽdunt ex cõtractibus, sunt digniores: ideo prẽmittit, & ponit hic generalẽ rubricã de rebus creditis. Verũ quia† mutuũ magis assiduè inter alios cõtract⁹, & frequẽtius celebrat̃: ideo subdit in rubrica, si cert. peta. Verũ quia ex dictis cõtractibus oriuntur actiões, & inter cæteras certi cõdictio est generalior: ideo ponit̃ in rubrica, & de certi cõdictiõe. & sicut videtis, ista rubrica habet tres partes. Circa istã rubricã est vidẽdũ, quid sit dictũ de reb⁹ creditis. Respõ. vt videbitis statim ĵ. e. l. j. Secundo quæro, quid sit dictũ, si cer. peta. Glo. exponit, si certũ, i. mutuũ petat̃, i. repetat̃. Alĳ dicũt ꝙ illa verba, si cert. peta. sunt nomẽ actionis: vt ĵ. de tritica. l. j. Veritas est, ꝙ non sunt nomẽ actionis. Nã ex mutuo oritur certi cõdictio: vt Instit. qui. modo cõtra. oblig. in prin. Nõ ob. l. j. de tritica. quia ibi factum, seu cõtractũ denotat, nõ actionis nomẽ: vt ibi videbitis. Ad illud aũt, quod gl. dicit, petatur, i. repetatur[b], intelligo† verũ respectu generis. Nam illud, qđ datur in eodẽ genere repetit̃: vt ĵ. e. l. ĳ. in prin. Sed respectu speciei nõ est repetere, sed ꝓprius petere. Petitur† enim illud, qđ nunquã datũ fuit. Itẽ expositio glos. procedit in mutuo reali, & naturali. In mutuo verò ciuili dictio petatur, stat propriè:[c] vt videbitis. ĵ. e. l. ĳ. §. fi. Tertio:
5 †quæro: dicit̃ hic, de certi condi. vtrũ sit vna certi cõdictio, vel plures. Gl. tangit hic. examinabo in l. certi cõdictio. in prin. ĵ. eo. hic non expedit: quia non vidistis adhuc aliquid de materia certi condictionis.

1 ☞ *Casus in terminis positio.*
2 *Genus dicitur, quod uerificatur in qualibet sui specie.*
3 *Rubrica debet esse generalis ad nigrum.*
4 *Arguere ex uerbis rubricæ, quòd liceat.*
5 *Creditor dicitur à credendo.*
6 *Verbum rei, est generale. & nu. 35.*
7 *Dictio e, est præpositio, & exponitur pro ex.*
8 *Testis interrogatus super articulo, si antequã respõdeat, dicit qualiter intelligat uerba articuli, uel sua: quòd non dicitur deponere extra articulum.*
9 *Interrogatoria quæ debent fieri testibus, si sunt incongrua, refrenãtur per iudicem.*
10 *Testis potest interrogari quid sit mutuum.*
Et interrogatus debet respondere.
11 *Testis quòd non debeat iterum interrogari de eo, quod semel declarauerit.*
12 *Positioni iuris, quòd non sit respondendum.*
13 *Pars non potest super iure interrogari: secus est in teste.*
14 *Testis interrogatus quid est mutuũ, sufficit ꝙ ponat uerba facti, ex quo ius resultat.*
15 *Testis deponens quem diuitem uel sanum: & reddat rationem: quia uicinus, uel consanguineus: quòd concludat.*
16 *Testis dictum quòd debeat concludere necessariò uel præsumptiuè ex iuris præsumptione, quæ ad condemnationem sufficiat.*
17 *Ratio testis, quòd debet concludere per aliquem sensum corporeum.*
18 *Verbum credendi, an comprehendat obligationem fideiussoris.*
19 *Argumentum ab authoritate quòd ualeat: & nu. 21.*
20 *Authoritas doctoris, licet sit probabilis, non tamen est necessaria.*
21 *Chronica, & libri historiales, & etiam libri antiqui quòd probent.*
23 *Dictis Aristotelis, Hippocratis, & similium in studijs publicis approbatorum, quòd stetur.*
24 *Testis deponens, & reddens rationem ab authoritate, quando concludat. & nu. 28.*
25 *Scripturæ publicæ, & communes approbatæ, quòd non probent, nisi quatenus ostendantur.*
26 *Testis deponens Titium mutuasse centum Sempronio, si in reddendo rationem dicat scire, quia uidit instrumentum: quòd non probat.*
27 *Tenor instrumenti deperditi, quòd probetur per testes peritos.*
29 *Testis deponens de auditu quibus casibus probet.*
30 *Creditor an dicatur ille, cui debetur ex legato uel delicto.*
31 *Allusioni uocabuli quando stetur.*
Creditor an dicatur ille, cui debetur in diem, uel sub conditione.
33 *Dictio mox, quòd accipiatur pro confestim: & quando denotet interuallum temporis.*
34 *Fideiussor quòd sit debitor.*

L E X I.

Bene est. Ad cognitiõ nẽ specierũ debet præcedere cognitio generis: sed verbum credendi, & verbum rei, sunt verba
d generalia: ideo à prętore[d] de rebus creditis præmittitur in rub. h. d. tota lex. Et diuiditur sic. Primo commendat quæstionem. Secundo respondet ad eam: & assignat rationem. Tertio rationem probat per authoritatẽ Celsi. Quarto suam rationẽ probat per aliam rationem. Quinto & vltimo ponit, quid significet verbũ rei. Secunda ibi: quoniam igitur. Tertia ibi: nam vt libro primo. Quarta ibi: nam
1 cuiusꝙ. Quinta ibi: rei quoꝙ. † Venio ad casum in terminis. Sed ad euidentiam scire debes, ꝙ prætor fecit olim vnam rubricam, quæ dicebatur, de reb⁹ creditis: post rubricam fecit edictum, si certũ petatur,
b & edictũ de constituta pecunia, & de cõmodato, & de similibus. Quęsiuit ergo iuuenis à Iurisconsulto, quare prętor prẽmisit rubricam de rebus creditis? Respõdet Iurisconsultus laudãdo quęstionem: & dicit ꝙ bona q̃stio est: & bene vtile est prius
c quã perueniamus ad expositionem verborum, quæ posita sunt in nigro, vt dicamus aliqua de significatione huius tituli, i. huius Rubricæ, de rebus creditis. & ex hoc apparebit, quare eã prætor præmisit. Et sequitur in textu, quoniam igitur. Instat iuuenis. Quoniam igitur hoc est bonum, & vtile, dicatis ergo quare prętor hoc prę misit. Respõdet Iurisconsultus: quia prætendit sub hoc titulo tractare multa & varia pertinentia ad contractus varios, & di
d uersos: ideo prẽmisit hãc rubricam de rebus cred. quæ est generalis, & multa comprehendit, s. omnes contractus. h. d. Tu verò, qui vis vltra intelligere, forma istã responsionem sic: Ad cognitionem specierum, debet præcedere cognitio generis: sed verbum credendi, est genus, seu generale: ideo meritò à prętore prẽmittitur, qui intẽdebat tractare de contractibus particulariter. Et sic vides ꝙ de isto argumento non ponitur hic in tex. nisi minor propositio, & conclusio: maior autem omittitur, tanquã nota, quam probabo. ĵ. Sequitur: nam vt libro primo, &c. Instat iuuenis quærens. Domine Iurisconsulte, quæ est probatio minoris, ꝙ verbum credendi sit generale? Respondet Iurisconsultus, probo per authoritatem Celsi, qui hoc dicit lib. j. quęstionum. Sequitur, nam cuiusꝙ. Instat iuuenis quęrens, Domine Iurisconsulte, probatio per authoritatem Celsi est bona: sed mihi plus placeret probatio per rationem. Respondet Iurisconsultus: & ego probabo per rationem, & dicit sic: hoc apparet ex significatione vocabuli. Nam credere dicitur à credendo: & cõfidendo, seu fidem de alio habẽdo: sed in omnibus cõtractibus, vbi aliquid debetur nobis, fidem habemus de alio: ergo credere
e dicimur in quolibet contractu. Et sic apparet, ꝙ genus hoc dicit pro te iuuene. Sed tu magis intelligens, forma rationẽ subtilius. & sic: Illud dicitur esse genus, † quod verificatur in qua
2 libet sui specie: vt lege, si quid earum. §. interemptum. de lega. iĳ. ĵ. vnde le. l. inter agnatos. Sed sic est ꝙ verbum credẽdi, ve-

2 ☞ POMATES. ¶ De rebus. Adde ad materiam huius rub. & nigri, vide aliqua per Alexand. consilio xiiĳ. colum. tĳ. volu. ĳ. & consil. j. colum. xxiiĳ. volu. j. consil. xiij. in j. volu. Roma. consil. xxxij. colum. ĳ. dub. ĳ. Panor. consil. xvj. iiĳ. colũ. ĳ. volu. Bart. consil. iiĳ. ix. col. j. volu. & consil. lxxv. col. xvj. in ĳ. vol. Præpositũ in prœ. decre. col. ĳ. Rom. cõsil. ciiĳ. Feli. in rubrica extra, vt li. non contesta. & in rubri. extra, de accusat. Barb. c. prudentiam. §. vj. de offic. deleg. & in l. sequen. & Alexan. consil. lxxxĳ. col. iiĳ. vol. iĳ. vbi ponit, quando rubrica habet orationem imperfectã, an aliquid operetur. & consil. cj. col. iiĳ. vol. iĳ. & consil. cviiĳ. colum. ĳ. vol. iĳ. vbi dicit, ꝙ quando rubrica est generalior nigro, ꝙ nigrum debet secũdum illam intelligi, & secũdum illam suppleri.

¶ Repetatur. Adde Christi inuocato suffragio, quòd similis expositio fit per glos. in rubri. j. volu. matri. & facit ad ea quæ ibi not. per Barto. & Angel. Alexand.

¶ Stat propriè. Adde quòd Bald. & etiam Fulg. dicunt ꝙ etiam in mutuo ciuili inspecta fictione censetur repetitio: qa post biennium fingitur numerationem precessisse, iuxta l. cum vltra. & l. in contractibus. C. de nõ nume. pecu. Alexand. Adde ad hoc facere, quod voluit Pe. de Anch. cõsil. cccviiĳ.

☞ POMATES. ¶ A prętore. Quibus de causis aliquid præmittatur, vide Bald. in rubri. C. de seruis fugi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Secunda Bartoli ſuper Digeſto veteri.

a ¶ Generalis. Adde ꝙ quandoq; videmus contrarium ſeruari: quia nigrum eſt generalius rubro: vt patet in auth. vt Eccleſia Roma. colla. ij. et in auth. vt nullus cre. ag. col. iij. in glo. in verbo, in omnes. Intantum ſecundum Alexand. quod gloſ. no. in auth. de inceſtis nup. in princi. in verbo, illicitas. ſed eſt in verbo, ſan-cimus. dicit ꝙ nigrum generaliter loquens, nō reſtringitur per rubricam ſpe-cialiter loquētē. Vnde illa auth. de inceſtis nupt. quę loquitur in nigro de illicitus, non reſtringitur ad inceſt. nuptias, de quibus tā-tum' loquitur rubri. quod dicit not idū ad ſtatuta. Subdit etiam ſi verba poſita in ni-gro eſſent dubia, de-bere declarari & in-telligi ſecundum ru-bri. ſecundū gl. not. in l. j. in verbo, prętorio. C. ne liceāt ter. prouo-ca. quam ibi not. Bal. Tu tamen vide gloſ. in d. verbo, ſancim⁹. & ibi Ange. & dum ipſe Alex. dicit, quòd 3
cum rubrum eſt gene- a
ralius nigro, non re-
ſtringitur per nigrū: 4
ſed ſtatur rubro: etiā b
ad deciſionem cauſa-
rum, quando rubr. ha-
bet orationem perfe-
ctam, & deciſiuā, al- 5
legādo Ioan. de Imo.
in rubri. j. de verb. ob 6
liga. & Paul. de caſt. c
conſi. cccxxxiij. præ-
ſens caſus modicam, 777
&c. Adde & tu Bald.
conſi. cccxvj. j. lib. in-
cip. an ſtatutum. vbi
conſuluit, quòd ſtan-
te ſtatu rubri. ꝙ aſcē-
dentes per lineam fœ-
mininam non ſuccedant extrātibus agnatis, licet ī nigro nihil de deſcendentibus fie-
ret mentio: deſcenden-
tes excludi tamen de- 7
bere: cū rub. eſſet cla-
ra. quā dicit pro text.
habendam. & conſil.
cccxxvj. iiij. lib. dicit,
ꝙ proœmia ſtatuto-
rum habent vim ſta-
tuti: allegat in arg. ff.
de hæredi. inſti. l. ſi.
b ¶ Rubricæ. Adde gl.
ſi. ī ſi. C. ſi ex fal. inſtr. 8
& quidam libri in l.
j. ſ. quod quiſq; iur. &
gloſ. in l. j. C. de profeſ.
qui in vrbe Conſtan.
lib. xij. & gloſ. in l. nō d
idcirco. ſ. de iudi. &
gl. de pœni. diſtin. j. §.
hæc autem verba. &
gl. in verbo, in oēs. in
auth. vt nullus creden.
agrico. & glo. opti. in
rub. ff. ſi quis teſta. li-
ber eſſe iuſſus fuerit.
& an rubricę poſſint
allegari, vide latè Io.
de Imo. in rub. j. de verb. obli. Ro. in l. ſtipulationes nō diuiduntur. in xxij. col.
eo. titu. Arch. & Abb. in proœmio ad commentum Decreti. gloſ. in proœmio
ſexti, in verbo, titulus. Spe. & Ioan. And. in titu. de diſpu. §. fin. in fi. & poſui in
proxima addit. cui adde Bald. etiam conſi. ccxx. lib. iij.

c ☞ POMATES. ¶ Rei. Vide Barba. capi. ij. de conſtitu. vide quid per hoc dicat idem Barba. conſilio xvij. alias. xxvj. incipien. ſcripſit ſapientiſſi-mus. volumi. ij.

c ¶ Rei. Adde aliqua notabiliter dicta per Gulicl. de Cu. Bal. Ang. ſ. de ſtatu ho mi. l. j. vbi quærunt, an in diſpoſitione vel conceſsione rerum, veniant nomi-na debitorum, & homines. & de ſignificato huius dictionis rei, vide Arch. xl. diſt. c. ſi ante. Et an aliud ſit in diſpoſitione facta ſub nomine bonorū, quā ſub nomine rerum, vide l. ſi. cum glo. j. de vſufru. le. quam Bar. ibi reputat ſingula-rem. Tu adde appel. rei, quid veniat. Bald. conſi. cccxvj. iij. lib. Et an appella-tione omniū bonorū, & iurium datorū in dotē per mulierē marito, veniat ius patronatus, per eundem Bald. conſi. j. v. lib. Et ſi quis legat vſumfructum bo-norū ſuorum, intelligatur legare vſumfructum nominum, & pecuniæ deben tium, ſecundum Bald. conſi. cij. j. lib. qui allegat tex. no. in l. j. C. de vſufru.

d ¶ Extra. Adde Barto. idem dicentem in l. ſi duo. §. idem Iulianus. j. de iureiurā.

riſicatur in quolibet contractu, ex quo nobis aliquid debetur: quia alienam hdem ſequimur, ergo patet, ꝙ verbum credēdi, eſt generale. h. d. Sequitur, rei quoque. Inſtat quærens, Domine, bene probaſtis, ꝙ verbum credendi, eſt generale: ſed rubrica dicit, de re. cre. quid ſignificatur per hanc dictionem rebus, non dixiſtis: placeat igitur hoc dicere. Reſpōdet Iuriſconſult⁹ ꝙ rei appellatio eſt generalis: & oīa cōtinet. & hoc eſt notū. meritò igitur hoc verbum rei, vt generale prætor elegit, & poſuit in rub. h. d. Modo habetis expoſitū quid velit dicere, de re. credi. Notetis vos iuuenes breuiter, primò ꝙ † rubrica debet eſſe generalis[a] ad nigrū. Secundo not. ꝙ licitum eſt † arguere ex verbis rubricæ[b], & ordine earū. Pro hoc j. re. amo. l. itaq;. aliàs incipit, idem Labeo. & C. ne fideiuſ. do. dē. in gl. magna. l. j. Tertio no. ꝙ † credere, creditor, & ſimilia dicuntur à credendo, ſeu fidem habendo. Vltimo no. † ꝙ verbum rei,[c] eſt generale, vt j. de verb. ſigni. l. rei. Veniamus ad declaratio-nem legis: dicitur hic, bene eſt. aliàs eſt in text. litera è re, aliàs hære, aliàs ex re. quę iſtarum literarū ſit verior? reſpō. quę-libet poteſt eſſe bona: tamen litera Piſana eſt hære: & tunc dicit glo. ꝙ debet exponi hære eſt, i. herile eſt, & dominabile: quia ad dominum doctorē ſpectat declarare. Vide gloſ. quæ incipit, aliàs iſta expoſitio licet ſit bona, non tamen eſt neceſſaria. nam dictio è, † eſt præpoſitio, & idem ſi-gnificat quod dictio ex. Vnde cum dici-tur, è re. i. ex re eſt. nec eſt neceſſe quòd exponamus ex re, ideſt ex vtilitate: ſed li-tera ſtat propriè ex re eſt. q. d. ex materia noſtra eſt: non extra materiam eſt: vel non extraneum eſt tractare de ſignifica-to, &c. [c]Et hoc facit ad quæſtionem de te-ſte, † qui interrogatus ſuper articulo, an-tequàm reſpondeat, dicit qualiter ipſe in-telligit verba articuli, vel dicit qualiter in-telligit verba ſua: vt iſta nō intelligantur dicta extra[d] articulum: ex re enim eſt, nō extraneum: vt hic videtis. Præterea, dici-tur hic, priuſquā ad verborum interpreta-tionem veniamus, aliqua de ſignifica-tione tituli dicamus. & ſic alius erat ti-tulus, & alia erant verba exponenda poſt titulum. Quæro ergo, quæ erant illa:

ſpe. & Ioā. And. in tit. de teſte. §. j. ver. itē quod depoſuit. & facit ſecundū Pau. de ca. hic in addit. ꝙ cū digreſsio nō eſt omnino impertinēs, admittitur: vt eſt tex. cū gl. in l. iam dubitari. j. de hære. inſti. Incipit glo. vt ipſe dicit, nō ſine cau-ſa. Tu adde vltra ea quæ habentur per Alex. cōſilijs ſuis, quod Bal. conſi. cxxiij. incipien. Factū ſic proponitur. ſecūdo libro. dicit, ꝙ ſi articuli nō ſunt perfectè compoſiti, teſtis tamē plenè dicit de his quæ ad cauſam faciunt, valet teſtimo-niū: quia debēt teſtes dicere pro vtraq; par-te, quæ nouerint. auth. ſed iudex. C. de epiſco. & cleri. Allegat Spe. in tit. de teſte. §. j. ad-ducit etiam, ꝙ nō refert, an teſtis dicat ve-ritatem à ſe, an verò interrogatus. l. ſi duo-bus. §. j. de codicillis. & teſtes ſuper omni-bus quæ ad cauſam faciūt, videtur indu-cti. C. de agrico. & cē ſib. l. cùm ſcimus. nec dādo articulos vide-tur quis renunciare: ſi teſtes proferant ſu-per generalitate cau ſæ. allega. nc. per In-no. in c. paſtoralis. de exceſ. nec interroga-re teſtem, extra capi-tulum eſt prohibitū, cū non ſit contra ius: vt ſ. quod metus cau ſa. l. fin. & ff. de condi. indebi. l. & elegāter. §. pe. & de interdi. & relega. l. relegatorū. §. ad tempus. Latius aliquantulū ibi vi-de. & inquantū Alexan. refert Pau. de ca. ad q. quòd verba ſta tutorum debeant in-telligi planè &c. ad-de eundē Alex. conſi. cxxxvj. ij. li. & quod voluit Bal. conſi. xij. iiij. lib.

☞ POMATES. ¶ Et hoc induco. Vi de Alexā. conſil. xlv. volu. ij. & Feli. in ca. cū cauſam. ver. fallit primò. de teſtib. & in c. perſonas. de teſti. cū ſequenti. Et no. quòd in dubio interrogato-ria ſunt per iudicem admittēda, alioquin iudices facerent litē ſuam: vt ſignāter vo luit Hoſti. & Imo. in capi. per tuas. de teſti. Potius enim debent mille inconuenientia admitti, ꝙ vnum cō ueniens reiici. Et not. quòd ſi teſtis interro garetur à iudice, non dato termino parti ad producendū inter rogatoria: valet eius dictum, ſecūdū Bal. & communiter docto. in d. c. per tuas. cui⁹ contrarium in hoc tenuerit Archi. in c. præſentiū. §. præterea. de teſti. lib. vj. quem allegat Practi. Papien. In for-ma iuramenti teſtiū. Et no. ꝙ interrogatoria nō ſunt de actis, niſi expreſsè per iudicem cōmittatur. Bald. in l. generaliter. C. de reb. credi. Et intellige, ꝙ dictū teſtis, de quo ſ. probet dummodo non ſint omiſſa neceſſaria, de quibus in glo. in d. c. præſentium. & Ioan. de Imo. ibi.

Reſpondeo, duæ ſunt opinio. in gl. Vna, ꝙ verba tituli ſiue rubricæ prius exponē da erant, cui⁹ illa verba de rebus creditis, ſcilicet verba nigri, quæ poſt titu. exponē da veniebāt, & erāt quædā verba Prætoris, qui fecit edictū de reb. credi. Vnde, ſi cut rubrica erat de rebus creditis, ita edictum erat de reb. cre. & hoc ponit in prima gl. dum ponit caſum. vide gl. Alij dicunt, ꝙ eodē modo verba rubricæ erāt de reb. cre. verba autē edicti, quæ veniebant poſtea, exponēda erant, ſi cer. peta. & hoc in gl. ij. & etiā in glo. iiij. & ſecundū hāc lectu. poſui vobis caſum. Veniamus ad ſecundā partē, & hic pro declaratione tex. quæro: hic dicit, ꝙ Prætor multa ſub hoc titulo inſeruit. In rubrica noſtra habem⁹ triplicē titulū ſcilicet de reb. cre. ſi cer. pet. & de certi cōdictione. de quo iſtorū titu. Iuriſcōſultus tractat hic? Quidā dicūt ꝙ loquitur hic de illo generali titu. de reb. credi. & iſta placet mihi, vt patet ex litera, & rationibus ſuis, ſub quo titu. tanq; generali, cōprehenduntur omnia ſpecialia vſque ad titu. de pigno. Alij dicunt, ꝙ hic tractat de illo titu. ſi cer. peta. & ſecundū hoc debet exponi ſub hoc titu. j. poſt hūc titu. quia titu. ſi cer. peta. nō eſt generalis, vt ſub eo alios contractus comprehēdat. Iſtas duas lecturas ponit gl. ſuper verbo, varios & ſuper verbo, titulo. quas vide.

Quęro, in hac parte Iuriſcōſultus omittit maiorē propoſitionē, tanq; de ſe notā: quia eſt talis: ad cognitionem ſpecierum debet præcedere cognitio generis. Quo- e
modo probat iſta maior propoſitio? Reſpondeo, primò probatur per tex. ſ. de iuſti. & iure. l. j. in princi. vbi volens ſcire iu ra particulariter, antè omnia debet ſcire quid ſit ius in genere. Secundò hoc pro-bo ad ſenſum. nā non poſſes ſcire vtrum Titius ſit homo, niſi prius ſcires quid eſt
e homo in genere. Et hoc induco[e] ad quæ ſtionem: Vos ſcitis quòd de conſuetudi-ne, & etiam hodie de iure eſt, quòd pars, contra quam articuli producuntur, & te-
9 ſtes, facit interrogatoria: † quæ ſi ſunt in-congrua, refrenātur, ſeu reſecantur per iu dicem: vt in c. præſentium. cum glo. de te-ſti. in vj. Facit quod no. C. de teſti. l. teſtiū.
10 Pone † ergo, quòd ille qui facit interroga-
f toria, dicit ſic: [f]ſi teſtis dicit, quòd vidit

¶ Et hoc facit ſecundum Bal. in l. ſi ex facto. C. de rei vxo. act. & ſecundum Ioan. And. in c. ſuper eo. de ſponſa. & Ioan. de Imo. in l. ſi ſeruus. §. ſi ſeruus. j. de furtis. & Ioan. de Imo. in l. ſi ſeruus communis. §. ſi ſeruus. j. de furtis. & Ioan. de Imo. in l. ſi ſeruus communis. §. ſi ſeruus. j. de furtis.

f ¶ Dicit ſic. Adde Specu. in titu. de notorio crimine. §. fin. verſi. ſi teſtes produ-cantur. & in titu. de teſte. §. iam de interrogatoriis. verſi. item ſuper tertio gene re. cum duobus verſi. ſequen. & ibi Bal. in addi. Bart. in l. ſtipulatio iſta. §. hæc quoq;. j. de verbo. obliga. & communiter docto. ibi tranſeunt cū Bart. excepto Sali. & Ro. vt refert Alexan. Cui adde quòd Bal. conſi. ccxcv. iiij. lib. incipien te, Super primo puncto. dicit, quòd teſtis habēs ſcientiam iuris, & facti, pro-bat ea, quæ ſunt iuris: & ideo ſi teſtis dicat, quòd vidit primo patrē, deinde fi-lium poſsidere, probabit quòd poſſederit tanq; rem hæreditariam, ſecundum ipſum. Et quòd teſtis deponens ſuper his quæ ſunt iuris, non probet, niſi ra-tionem reddat, etiam non interrogatus, facti corporei ſenſui immediatè per-ceptibilis, voluit Bald. conſil. clxij. j. libr. incipiente, Thema. Paul. de caſt. conſi. clxxix.

mutua

Universidad de Deusto

a ✠ POMATES. ¶ Mutuari. Adde ꝙ si testis dixerit, nescio: an ,pbet, vide Alex. cõsil. cxvj. col. ij. volu. iij. & consil. lxxj. in ij. col. vol. iij. Et istud dictũ Bar. cõfirmat ex eo, quod voluit Alb. l. fi. §. pe. vbi per Alex. in apost. ff. ad Velle. & voluit idem Alb. l. iij. C. de hæreticis. Alex. in l. sciendũ. in xj. col. de verb. obli.

b ✠ POMATES. ¶ Respondeo. Vide Areti. consi. xxxviij. in ij. columna.

c ✠ POMATES.

¶ Vel aliter. Facit ꝙ voluit Alexan. consi. cxvij. in j. col. volu. ij. eundem in simili consil. xlv. col. ij. ad fi. vol. ij. vbi loquitur in teste deponente super consuetudine, vt non probet si interrogatur quid sit cõsuetudo, & nesciat respondere. & consi. xxviij. col. j. volu. v. vbi dicit, ponendo pulchrum exẽplũ ꝙ testis deponens super aliquo, de cui⁹ facto nõ habet notitiã, non probat.

d ✠ POMATES. ¶ Quæro quid. Vide Alexan. consi. lxxj. in iiij. col. in j. vol. & cõsi. lxxx. col. iij. volu. ij. & consi. lxxxviij. alias clxxxviij. in vlti. col. in ij. volu. cõsil. vij. iij. col. ij. volu. Are. cõsil. xix. aliàs. xxix. in v. col. Alex. l. Luci⁹ Titius. in v. col. ff. de lib. & posth. & cõsi. xj. iij. col. iij. volu. & consil. ccxv. in iij. col. ij. vol. Et nota ꝙ dictum testis deponẽtis, scio qa vicinus: mõ probaret, nisi probetur ipsum esse vicinũ per duos testes: vel nisi essent duo testes, qui se adinuicem referrẽt, per vicinos. Ita Bald. c. j. §. si instrumentum. de no. feu. Feli. in c. proposui sti. iiij. col. de probat. in c. cum causam. ix. colũ. ver. tertiò declara. de testi. in versic. secundò not. Cepo. consil. xxxij. & v. colũ. in consi. lviij. in penulti. colum. & Alex. consi. ij. volu. j. & liij. colũ. vij. eo. volu. Et pro dicto illo Bald. bene facit quod ponit Alex. consi. suo lxiiij. col. fi. volu. j. & Bald. c. ij. in princ. de testi. & in simili Areti. cõsi. xxxij. colũ. j. Et ad hæc vide aliquid per Alexãd. l. Titius. §. Lucius. j. de libe. & posthu. & in l. is potest. v. col. versic. fi. de acquirenda hæreditate.

e ¶ Vicinus. Adde post multa, ꝙ Alex. transit cum opi. ꝙ illa, quæ communiter accidunt, seu à iure præsumuntur, probantur per vicinos & consanguineos, dicentes, scio quia vicinus. aliàs secus. Et eandem opi. tenet eius cõsil. lxxx. ij. lib. de quo vide etiam per eundem, consil. lj. j. lib. Et ad prædicta vide Bald. consil. cxxix. iij. lib. incip. Præsupposito statuto Papiæ. vbi videtur tenere, ꝙ si quis inducat laboratores ad incidẽdum aliquod nemus quod nõ sit suum, & laboratores sint vicini, ꝙ possint accusari de turbata possessione. Allegat Barto. hic tanquam scientes facta vicini: quod dictum est ponderãdum. Et dum Alexand. in fi. vj. colum. dicit testem non probare, si dicat se ita opinari, adde quòd si testis dicat, videre meo sic est, & subiungat scientiam visus, probat quatenus verba testis patiuntur: quia ratio magis quàm dictum attenditur, secundum Bald. consil. cxcv. iiij. lib. inquantum tangit de dicto Bald. in c. fi. de iu. calum. adde notabiliter eundem Bald. consi. clxxxj. j. lib. incipiente, item quod Titius. vbi dicit, quòd si capitulatum est, quòd iam à decem annis Titius decessit: & testes super hoc inducti dixerunt vera esse contenta in capitulo. Interrogati de scientia, dicant quia fuerunt præsentes, & morti, & sepulturæ: & alter eorum subdat, quòd habet filium natum eo anno, quo is decessit, licet de tempore nihil dicant, tamen illud probant: quia cum dixerunt vera esse contenta in capit. necessario includunt tempus: & dum subditur quod natus est filius, illud videtur repetitum: latius aliquantulum ibi vide. Et inquantũ Alexand. in vij. col. tangit, an præsentia testis præsupponat scientiã, addę Baldum notabiliter consil. ccccxj. incipiente, Quidam nomine A. iij. lib. vbi limitationem habebis ad Bartolum in l. j. de autho. tut. & ibi ponit, an testis probet, qui apodissæ se subscripsit hoc modo: ego A. suprascriptis interfui. & ad prædicta me subscripsi. deinde examinatus dicat quod dictam apodissam non vidit scribi: sed tantum audiuit ꝙ debitor confitebatur esse scriptam manu sua: dicat etiam ꝙ non vidit numerare denarios, cum apodissa cõtineret de positum, ibiq; declarat: quia dixit interfui, an includat scientiam? & inquantum Alexãder in vij. colum. tangit de occiso à pluribus, & nescitur quis fuit: an omnes teneantur, adde decisionem Spec. in titu. de homi. versi. sed pone ꝙ quatuor. quam decisionẽ sequitur Bald. consil. lxxxj. v. lib. & inquãtum tangit, an authoritates probent, adde Fel. in ca. ij. in vltima & penul. col. vbi plenè extrà, de rescriptis. per Ang. cõs. clxxxv. Paul. de cast. consilio cxxxvj. & cccxxvj. et inquantum allegat Cal. consilio xxx. an legi Mosaicæ stari de beat quo ad Iudæos in successione ab intestato, quatenus discrepat à lege ciuili, adde Barb. consil xv. ij. lib. ibi ponit an Iudæa possit esse tutrix filiorum, & in quantum? idem Alexander tangit an scripturę in marmoribus sculptæ probent, adde Bal. consi. cccclv. incipien. an patronatus ecclesiæ. iiij. lib.

✠ POMATES. ¶ Necessariò. Quomodo intelligatur illud quod dicitur, ꝙ dictũ testis debet concludere necessariò, & per aliquem sensum corporeum, adde Roma. consi. xcj. in ij. col. Feli. c. quia verisimile. vlti. char. de præsumpt. & plenè c. literis per totum, eo. titu. et in c. causam. vj. col. in fi. de præsumpt. Cepo. consi. xxxij. in vlt. col. in fi. Barba. consi. xj. aliàs xx. in lxvj. colum. iiij. volu. in consi. xij. in xvij. col. & sequen. ij. volu. & Aret. consil. lxxiiij. col. vj.

✠ P. PAV. P. ¶ Quia sum vicinus. Vide Bald. in c. j. §. fi tres. de pace tenen. vide latè Feli. in c. literas. extrà, de præsump. & habet locum ista ratio etiam in his quæ directo nõ percipiuntur sensu corporeo, sed iudicio intellectus: vide not. Areti. in l. nullum. col. iiij. de acquiren. hæredita.

h ✠ P. PAV. P. ¶ Iuris præsumptione. Et sic satis est ꝙ dictum testis concludat præsumptionem. Vide Alex. consi. liij. in j. volu. incip. in causa & lite. in vlti. col. Et intellige de præsumptione approbata à iure. Vide Alexan. in l. non hoc. C. vnde legit. notant & Moder. ibidem in materia.

h ¶ Est præsumptio. Adde, & intellige ꝙ ista probatio præsumptiua probat, qñ sumus in probando ea quæ in genere sciri possunt: vt ꝛ. de exemplis Barto. Sed quando tractaretur de probando aliquid, quod in genere sciri non potest, talis probatio non sufficit, secundum Bald. in l conuenticula. C. de episcopis & clericis. & idem sentit in l. j. C. de seruis fug. & in l. data opera. col. xiij. C. qui accu. non pos. & in l. testium. col. vlti. C. de test. refert, & sequitur dominus Alexand. de Imo. in consi. l. col. pen. circa principium. in v. volu.

h ✠ POMATES. ¶ Est præsumptio. Vide Alexã. consil. j. iiij. col. in quinto volu. Panor. consi. xix. j. col. ij. volu. Feli. in c. in præsentia. iij. col. ver. tertio limita, de probatio. Et Alexandrum pulchrè consi. lxxj. col. iij. volu. j. & cxlj. col. penul. in fi. eo. volu. Areti. consi. lxxiij. in fi. & Feli. in c. causam. col. pen. de præscriptionibus. Alexan. pulchrè consi. lxxx. col. ij. volu. ij. & lxxxvj. colum. fi. eo. volu. & lxxxij. colum. ij. volu. ij. & consil. v. colum. iiij. volu. v. vbi limitat. & vide omnino Iasonem.

mutuari.[a] interrogetur quid est mutuum: an istud interrogatorij admittat. Hic videtur casus ꝙ sic. nõ enim potest deponere testis de isto mutuo speciali, nisi intelligat quid sit mutuũ in genere, vt hic, & d. l. j. in prin. de iustit. & iure. Et hoc puto verũ, nisi ex alijs dictis deprehenderetur testem intelligere. De eo† eñ, qđ semel declarauit nõ est iterrogãdus iterũ: vt no. in l. ij. §. qđ obseruari. C. de iura. calum. Sed dices tu, Istud est cõtra l. quæ dicit ꝙ† positioni iuris nõ est respondendũ: vt l. ornamẽtorũ. ff. de aur. & arg. leg. & not. in l. ij. j. de cõfes. in gl. Rñdeo[b], illa iura loquuntur in parte, quæ ad hoc interrogatur, vt releuet ab onere probandi aduersarium: sed cũ ius sit certũ, nõ eget probatione: vt l. ij. j. de iur. & fact. ignо. meritò† de iure nõ debet fieri interrogatio: secus in teste. Nam testis interrogatur, vt iudicẽ certũ reddat: sed nõ potest facere certũ iudicẽ, nisi verba quæ ,pfert, intelligat: ergo &c. Vel aliter[c] & melius dico, ꝙ ista interrogatio quæ fit testi, quid est mutuũ, non est iuris: nõ enim iudex intendit ab eo inquirere, quid ius vult de mutuo, sed qualiter ipse intelligat hoc verbũ mutuũ: & istud est facti. ergo cum sit facti & nõ iuris, poterit interrogari: & ideo puto ꝙ nõ sit necesse, ꝙ testis interrogatus de his, ponat diffinitionẽ ꝑ verba iuris: sed sufficit† ꝙ ponat verba facti, ex quo ius illud resultet, sicut dicimus in possessione, vt l. stipulatio ista. §. hæc quoꝙ. de verb. obli. Tertio quęro, vos habetis hic, ꝙ Iurisconsultus reddendo rationem sui dicti, solum ponit minorẽ propositionẽ, & maiorẽ omittit.

Quæro, quid[d] in teste qui reddendo rationẽ sui dicti omittit maiorẽ propositionẽ, & ponit minorẽ: an cõcludat? pono in terminis. Interrogatur testis, † si Titi⁹ est diues, vel si est sanus mente, vel si est bonę cõditionis. Respõdet ꝙ sic. Interrogatus de causa scientiæ, respõdet, quia sum suus vicinus[e], vel consanguineus suus. Dico ꝙ ratio ista concludit: hic eñ ponit minorẽ, & omittit maiorem tanquã per se notam, & à iure ,pbatam. Casus est hic, & in multis partibus iuris, vbi Iurisconsultus simile facit. Forma ergo rationẽ testis sic: vicini & cõsanguinei sciunt facta vicinorum & coniunctorũ: & hoc à iure præsumitur. vnde ista maior est per se nota. De consanguineis probatur in l. octaui. j. vnde cog. & C. de in integ. resti. l. de tutela. De vicinis probatur in l. si ita. in fi. de fun. instru. & ꝛ. de his qui sunt sui vel alie. iur. l. filiũ. & extrà, de præsump. c. quosdam. & c. seq. & de purga. cano. c. cũ dilectus. el picolo. sed ego testis sum vicinus, vel consanguineus: ergo &c. Contra hanc decisionem opp. fortiter: dictum testis debet concludere necessario[f], aliàs nõ probat: vt l. non hoc. C. vnde cog. & extrà, de ,pba. c. in præsentia. sed hic nõ probat de necessitate: qa posset esse vicinus vel consanguineus, & tamẽ ignorare: ergo &c. Respõdeo, dictũ testis† debet cõcludere necessariò vel præsumptiuè, ex præsumptione iuris talis quę ad cõdemnationem sufficiat. hoc apparet in probando dolo, vbi dolus non potest probari necessariò: vt in l. dolum. C. de dolo. sed ꝙ vicinus & cõsanguineus sciat, est præsumptio iuris talis quæ ad condemnationẽ sufficit: vt dictis. ll. ergo &c. Item opp. ratio† testis debet cõcludere per aliquem sensum corporeum: vt per visum, vel tactum, & similia: vt l. testium. C. de testi. & j. de testi. l. qui testamento. in fi. coniuncta. l. j. in prin. j. de his quæ in testa. delen. per Innocẽ. in c. cum causam. extrà, de testa. Sed ista ratio, quia sum vicinus[g], vel consanguineus, nõ cõcludit per aliquem sensum corporeum. ergo non est bona ratio. Respondeo: ꝙ dictũ testis debet concludere per aliquem sensum corporeum, concedo: sed cum dicit hic, nõ redditur ratio per aliquem sensum corporeum: istam nego. licet enim in ratione ista non exprimatur sensus corporeus, tamen exprimitur id, per quod ad sensum corporeum iuris præsumptione[h] deuenitur: qa est præsumptio ꝙ vicinus & cõsanguineus sciat conditionem vicinorum, & coniunctorum: quia assiduam conuersationem habent, & sic vident actus eorum: vnde deuenitur ad sensum corporeum. hoc probant iura & capitula. ꝛ. allegata. Sed si testis diceret se vidisse aliquem dominum talis fundi: istud dominium nõ potest vi-

a mutuari.[a] interrogetur quid est mutuum: an istud interrogatorij admittat. Hic videtur casus ꝙ sic. nõ enim potest deponere testis de isto mutuo speciali, nisi intelligat quid sit mutuũ in genere, vt hic, & d. l. j. in prin. de iustit. & iure. Et hoc puto verũ, nisi ex alijs dictis deprehenderetur testem intelligere. De eo† eñ, qđ semel declarauit nõ est iterrogãdus iterũ: vt no. in l. ij. §. qđ obseruari. C. de iura. calum. Sed
12 dices tu, Istud est cõtra l. quæ dicit ꝙ† positioni iuris nõ est respondendũ: vt l. ornamẽtorũ. ff. de aur. & arg. leg. & not. in l. ij.
b j. de cõfes. in gl. Rñdeo[b], illa iura loquuntur in parte, quæ ad hoc interrogatur, vt releuet ab onere probandi aduersarium: sed cũ ius sit certũ, nõ eget probatione: vt
13 l. ij. j. de iur. & fact. ignо. meritò† de iure nõ debet fieri interrogatio: secus in teste. Nam testis interrogatur, vt iudicẽ certũ reddat: sed nõ potest facere certũ iudicẽ, nisi verba quæ ,pfert, intelligat: ergo &c. Vel aliter[c] & melius dico, ꝙ ista interrogatio quæ fit testi, quid est mutuũ, non est iuris: nõ enim iudex intendit ab eo inquirere, quid ius vult de mutuo, sed qualiter ipse intelligat hoc verbũ mutuũ: & istud est facti. ergo cum sit facti & nõ iuris, poterit interrogari: & ideo puto ꝙ nõ sit necesse, ꝙ testis interrogatus de his, ponat
14 diffinitionẽ ꝑ verba iuris: sed sufficit† ꝙ ponat verba facti, ex quo ius illud resultet, sicut dicimus in possessione, vt l. stipulatio ista. §. hæc quoꝙ. de verb. obli. Tertio quęro, vos habetis hic, ꝙ Iurisconsultus reddendo rationem sui dicti, solum ponit minorẽ propositionẽ, & maiorẽ omittit.

Quæro, quid[d] in teste qui reddendo rationẽ sui dicti omittit maiorẽ propositionẽ, & ponit minorẽ: an cõcludat? pono in
15 terminis. Interrogatur testis, † si Titi⁹ est diues, vel si est sanus mente, vel si est bonę cõditionis. Respõdet ꝙ sic. Interrogatus de causa scientiæ, respõdet, quia sum suus vicinus[e], vel consanguineus suus. Dico ꝙ ratio ista concludit: hic eñ ponit minorẽ, & omittit maiorem tanquã per se notam, & à iure ,pbatam. Casus est hic, & in multis partibus iuris, vbi Iurisconsultus simile facit. Forma ergo rationẽ testis sic: vici-

ni & cõsanguinei sciunt facta vicinorum & coniunctorũ: & hoc à iure præsumitur. vnde ista maior est per se nota. De consanguineis probatur in l. octaui. j. vnde cog. & C. de in integ. resti. l. de tutela. De vicinis probatur in l. si ita. in fi. de fun. instru. & ꝛ. de his qui sunt sui vel alie. iur. l. filiũ. & extrà, de præsump. c. quosdam. & c. seq. & de purga. cano. c. cũ dilectus. el picolo. sed ego testis sum vicinus, vel consanguineus: ergo &c. Contra hanc decisionem
f opp. fortiter: dictum testis debet concludere necessario[f], aliàs nõ probat: vt l. non hoc. C. vnde cog. & extrà, de ,pba. c. in præsentia. sed hic nõ probat de necessitate: qa posset esse vicinus vel consanguineus, & tamẽ ignorare: ergo &c. Respõdeo, dictũ
16 testis† debet cõcludere necessariò vel præsumptiuè, ex præsumptione iuris talis quę ad cõdemnationem sufficiat. hoc apparet in probando dolo, vbi dolus non potest probari necessariò: vt in l. dolum. C. de dolo. sed ꝙ vicinus & cõsanguineus sciat, est præsumptio iuris talis quæ ad condemnationẽ sufficit: vt dictis. ll. ergo &c. Item
17 opp. ratio† testis debet cõcludere per aliquem sensum corporeum: vt per visum, vel tactum, & similia: vt l. testium. C. de testi. & j. de testi. l. qui testamento. in fi. coniuncta. l. j. in prin. j. de his quæ in testa. delen. per Innocẽ. in c. cum causam. extrà, de testa. Sed ista ratio, quia sum vicinus[g], vel
g consanguineus, nõ cõcludit per aliquem f sensum corporeum. ergo non est bona ratio. Respondeo: ꝙ dictũ testis debet concludere per aliquem sensum corporeum, concedo: sed cum dicit hic, nõ redditur ratio per aliquem sensum corporeum: istam nego. licet enim in ratione ista non exprimatur sensus corporeus, tamen exprimitur id, per quod ad sensum corporeum iuris præsumptione[h] deuenitur: qa est præsumptio ꝙ vicinus & cõsanguineus sciat conditionem vicinorum, & coniunctorum: quia assiduam conuersationem habent, & sic vident actus eorum: vnde deuenitur ad sensum corporeum. hoc probant iura & capitula. ꝛ. allegata. Sed si testis diceret se vidisse aliquem dominum talis fundi: istud dominium nõ potest vi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Secunda Bartoli super Digesto veteri.

a ❧ POMATES. ¶ Pro cuius. Vide p Feli.in c.j.in vlti.col. de cõsti.& in c.ne innitaris.eo.tit.& in c. ñ in xvij.col.versic ges.& iij.col.seq. de rescrip.& in c.cũ causam.in j.colũ.de proba.Barba,cõsil.iij.in vj.colũ. in ij.volu.& Præpositi.in procœ.De cre.in j.col. & aliqd per Nicol. de Lyra, Matthei j. in glos.in versi. Iudas. & in replica.quæ incipit,& q.ñ.

a ❧ P. PAV. P. ¶ Pro cuius, De ista materia,qui libri & quę authoritates sint allegabiles & approbatæ, ad diuisionem causarũ, vide Feli.in ca.j.in penul.& vlti, char.extrà, de rescri. vbi etiã ponit de libro decreti,& de cuius,ibi colũ.ij. Itẽ an & quomodo dicta sanctorũ patrũ sint allegabilia ad decisionẽ causarum,vide Feli.in c.ne innitaris, extra,de cõstitu. vbi etiã Deci. Itẽ q regula diui Benedicti possit allegari pro lege, vide Ioan.de Ana.cõsil.lxij.in ij.col. Item quo modo sacræ scripturæ sint allegabiles,vide Barbat.in c. j.in vj. colũ.de offic. delegati.

b ¶ Ab authoritate. Adde Angel. consil. cel exxv.

c ❧ POMATES. ¶ Idoneos. Vide latè Alex.consil.cxcvj. in ix.colũ.in ij.volu, Feli.in capi.sicut.in j. col.de rei vendi.

d ❧ POMATES. ¶ Ipsius. Vide Bald. & Pau.de ca.Salice. Alexã.in l.iubemus. C.de test. Pau.de cast. consi.ccv.alias vij.

❧ P. PAV. P. ¶ Optimè probat. Pro declaratione huius dicti vide Pau. consil.ccvij.in j.colũ. Iaso.& Mod.in l.Iubemus. C. de testa.in ij.no.Feli.in c.cũ causam. in ix.col. ad fin. extra,de præscrip.

❧ POMATES. ¶ Probat. Adde an testis,qui refert se ad scripturã priuatam, probet:p Paul.de ca. cõsi.xxvij.Alex,cõsi. lvj.in ij.& in ij.colũ.in ij.vol,& cõsi.cxxxij. in.col.in v.volu.

f ¶ In casu. Adde glo. & doct.in l.testium. in versic.præsto.C.de testi. Archi.xxij.q.v. hoc Bal.in l.conuenticula.de epis.& cler. Specu.in tit.de teste. §.j.versi.quid ergo si iuro. Anto.de But.in cap.tam literis.de testi. Alexand.tu adde Bal.consil.lxij.incip. videamus. ij. libr. & quando testis refert deri,quia est quid iuris,nec aliquo sensu corporeo percipit,sed percipit iudicio intellectus:nec ius ex istis verbis aliqd præsumit,per quod ad actũ corporeũ reducatur:merito ergo nõ probat.ita loquuntur verba Inno.in d.c.cũ causam. Quæro.dicitur hic,oẽs enim cõtractus cõplectit: an 18 sub hoc titu.cõplectatur fideiussor? † Videtur q nõ:quia titulus de fideiusso.non est sub hoc titu.sed est in alia parte Digestorũ scilicet in vij.parte l.ij.§.vij.C.de ve. iur.enu.In contrariũ videt ista litera,quæ dicit oẽs cõtractus,&c.Sol.dico q verbũ credẽdũ cõplectitur obligationẽ fideiussoris;vt hic dum dicit,oẽs contractus:sed sub hoc tit.prætor nõ posuit:nec enim dicit tex.q prætor posuerit oẽs contractus sub hoc titu.sed quod posuit quosdã,licet omnes cõprehẽdat:sic etiã nõ posuit sub hoc titu.materiã de ver.obli.licet sub hoc vocabulo credẽdi,comprehẽdatur:vt j.l. proxi.§.fin. Quidã tamẽ dicũt,vt Gul.de Cug.q de contractu fideiussoris posuit j. titu.mãdati.quod nõ placet:nã tit.mãdati,loquitur de obligatione,quę oritur inter fideiussorẽ,& eũ pro quo fideiussit: quæstio nostra loquit de obligatione quę oritur inter fideiussorẽ & creditorẽ:an autem fideiussor dicat debitor,j.dicã. Veniamus ad tertiã partem,ibi: nam vt,&c. 19 hic † habetis locũ ab authoritate:quia iurisconsultus probat dicta sua per authori 20 tatẽ Celsi. Sed cõtra hoc facit:quia † authoritas doctoris,licet sit probabilis,non est necessaria:vt l.j.C.de profes.qui in vrbe Constan.lib.xij.no.C.de legib.l.j.& ſ. de legi.l.si de interpretatione.Sol.illa iura loquuntur de doctore simplici:sed Celsus,de quo hic loquitur,erat doctor,& Iurisconsultus,qui habebat potestatẽ cõdẽdi legẽ:vnde & eius interpretatio cum sit necessaria, sicut interpretatio principis, Institutioni.de iure naturali.§.responsa. ideo meritò potuit allegari. Pro cuius[a] 21 declaratione † debes scire,q quædã sunt scripta,seu authoritates approbatę ab Imperatore,vel summo põtifice,& istæ probant,& cõcludunt necessariò, vt hic,& l. leges.la j.C.de legib.& ista scripta approbata ponuntur xvj.dist.per totũ.& etiam xx.distin.per totũ. Quædam sunt scripta per summũ pontificem, vel principẽ,nec approbata nec reprobata:& ista sunt duplicis generis. Quædam sunt scripturæ 22 † enunciatiuæ,aliàs recitatiuæ:vt libri historiales,chronicæ, & similia: & istis si à nostris antiquis creditũ videmus & nos etiã debemus credere:sicut alijs antiquis scriptis:vt extra,de proba.c.cũ causam.& ibi per glo.& facit infrà,de proba.l.Celsus.& ibi not. Quædam sunt scripturæ, quæ procedunt disponẽdo,& determinãdo,non enunciando:& in his aduertendum quid seruant studia. Quædam enim scripturæ tanq authenticæ in studijs reputantur:vt dicta Aristote. Hippocratis, 23 & similiũ, † quæ tanquàm scripturæ authenticæ studijs seruantur: & in istis est standum : vt lege septimo suprà de statu homi.& infrà,de sol.l.si pater. Quædam sunt scripturæ,quæ à studijs nõ approbãtur,nisi probentur per rationẽ;& istæ dicuntur magistrales probationes, non tamen necessariæ:vt in d.l.j.C.de testi.& l.si interpretatione.ff. de legi. Istis quidẽ non est standum,si contrariũ videretur,& nisi f quatenus necessariò cõcluderent. Iuxta 24 prædicta quæro,vtrum † testis possit reddere rationẽ dicti sui per locum ab autho b ritate? [b] Respõdeo breuiter, quædam est authoritas generalis,& publica: & in istis nũquam potest reddere rationẽ dicti sui, ita q probet per locum ab authoritate.Si enim testis diceret Christum natum esse sub Octauiano Augusto, interrogatus g quomodo scit,respõdet: quia hoc dicitur in sancto Euangelio:dictum testis nõ probat bene,tamen est verum, q Euãgelium hoc probat,& ex Euangelio ,pbatur,non autẽ hoc probatur : quia testis dixit. Istis 25 enim † scripturis publicis, & communibus,& approbatis,nõ est adhibẽda fides, nisi quatenus ipsa scriptura ostẽdatur : vt l.j.C. de mã.prin.& in auc.de colla.§.eos. el j.Et idem dico si esset authoritas publica,non communis:puta publicum instru 26 mentum.Si enim testis † dicit Titium mutuasse Seio centum, interrogatus quomodo scit.respondet:quia vidi publicum instrumentũ,in quo hoc continebatur.Certè hoc non probat,nisi ostendatur publicum instrumentum: vt in aut.si quis in alio documento.C. de eden.vel nisi ostendatur tantũ quod perinde habeatur,ac si publicũ instrumentũ ostenderetur: vt puta,quia probatur instrumentum deperdi 27 tũ: † & eius tenor probatur per viros bonos,idoneos[c], & perc tos,vt extrà,de priuileg.c. cum olim el ſ. facit quod not.C. de fide instru.l.sicut.& l.fin.& tunc testis ille non probat factum quod continetur in instrumento,sed probat instrumentum,& 28 instrumentum probat factum. Quædam † est authoritas prid uata:& ista quando q est priuata authoritas ipsius[d] testis testificantis: & tunc probat dictum suum per locum ab authoritate. Exemplum,testis interrogatus,si Sempronius fecit tale instrumentum,tali mense,tali anno,tali die.dicit quòd sic. Interrogatus quomodo scit.respondit,quia vidit scripturam manu eius factam, & propter illam scripturam de hoc recordatur: e tunc optimè probat[e]:vt l.iubemus.C.de testa.& l.si quis ex signatoribus infrà quemadmo.testa.aper. Quædam est authoritas priuata,non ipsius testis,sed alterius: vt puta interrogatus testis quomodo scit:respõdet,quòd audiuit à tali antiquo, 29 qui erat homo magnæ authoritatis, & similia:certè hoc † regf gulariter non probat,nisi in casu[f] l.si arbiter infrà,de proba.l.j. ij.§.idem Labeo.el ij.j. de aqua plu.ar.& extrà, de testib.c. licet.& capi.quoties. eodem titu. Procedo vlterius. Hic dicitur quòd credendi appellatio est generalis.Contra.C.si aduer. credi.l.j. Solu. licet credendi appellatio sit generalis: tamen ibi accipitur pro specie quadam crediti, scilicet promutuo: nec est absonum quòd genus ponatur pro specie. Vltimo opponi.& videtur quòd sub hoc titu.non comprehendatur titulus de pigno.quia illa est pars per se ab ista: vt probatur ex diuisione quam fecit Imperator in l.ij.C. de ve.iu.enu.Solu.exponit glos.de pigno.§. de pigno.actio. Veniamus ad quarg tam partem.[g] hic dicitur quòd verbum credendi,dicitur à cre 30 dendo,seu confidendo in alium, seu de alio. Quęro,† vtrum ille, cui debetur ex delicto, vel legato , dicatur creditor: hic dicit text.quòd non. Nam ego, cui tu subtraxisti aliquid,non habeo fidem de te: imò contra voluntatem meam fecisti. Idem si bona mea deduxisti: & idem si ex legato mihi teneris ad aliquid : quia non possum dici creditor : quia non credidi, nec confidi de te. In contrarium est text.in l. si cui. & l. creditores.& ibi glos.j. de verbo.significa.& in l.is cui.ff.de actio.& obli. Dicebat Iaco. Butri. quòd inspecto communi vsu loquendi,secundum quem creditor dicitur respectiuè ad eum, qui est debitor; hic potest dici creditor; vt l. contraria . sed inspecta

se ad suam, vel alienam scripturam, vide Paul.de cast.consi. cevij.

❧ POMATES. ¶ In casu.Adde quòd fallit in teste deponente super possessorio, secundum Rotam decis. cccclix. incipiente, nota quòd in possessorio sufficit testimonium de auditu. non autem procederet in possessorio. titu. de testi.

❧ POMATES. ¶ Partem.Circa istã materiam vide Bart. consi.clxix.incip.statutum ciuitatis Tuderti.& Rom.consil. ccxxiij.& vtrum cessionarius dicatur creditor,vide Rom.consil. cxlij. & consil.cij. aliàs.cclj.in princi.& nunquid creditor qui potest repelli ope exceptionis, appelletur creditor,taliter quod statutum loquens in creditore verificetur in eo,vide Ro.consil. cciij. Et an ille, à quo potest vendicari, dicatur debitor, vide Alexand.consi.clxix. in fi.in ij.volu.

2 ¶ Allusione. Adde vl tra ea quæ hic habentur per Alexand. Bar. consil. mihi. clxix. incipiẽ. statutum ciuitatis Tuderti. quo statuto cauetur, ꝙ si qs fuerit citatus ad se excusandum, ab accusatione, vel inquisitione, & cõpareat, quòd illa die & sequenti capinon possit pro aliquo debito: contigit ꝙ quidam exbannitus pro quibusdã debitis, & condemnatus in pecunia, comparuit, & captus fuit pro dicta condemnatione, quærebatur, an potuerit capi, cũ istud debitum esset ex delicto. Bartolus respondet.

b ❧ POMATES. ¶ Vocabuli. Quando stãdum sit allusioni vocabuli, vel significationi, vide Alexã. et alios in l. j. de acquiren. possess.

c ❧ POMATES. ¶ Dicitur. Adde an ille, cui debetur in diẽ vel sub cõditione, dicatur creditor, vide ad declarationẽ Alexand. cõsi. ij. in iij. col. volu. iiij. Barb. consi. xlviij. colum. vij. in j. volu. & Aretti. consil. cviij. An autem ille, qui potest aliquã exceptionem opponere, maximè compẽsationem, dicatur debitor, vide Alexand. consil. xij. col. penul. in ij. volu. & consil. clxxviij. col. iij. eo. volu. vbi ponit de illo qui potest opponere exceptionẽ non numeratæ pecuniæ: & consi. lxiij. colum. ij. iij. vol. vbi ponit an ille qui est obligatus actione reali dicat debitor, vide pulchrè Alex. consil. cvj. v. volu. vbi loquitur in statuto faciẽte mẽtionem de creditore, qui recipere debet.

d ❧ P. PAV. P. ¶ Dicatur creditor. Vide domi. Fran. consi. clxxx. vide Roma. consil. clxiij. vbi ponit an in generali sermone debitorum, cõprehendantur debitores in diẽ, vel sub conditione. Vide in materia quam ponunt nouissimi in l. si stipulatus. §. cũ stipulamur. de verb. obli. vbi domi. Armelinus. Fortius refert illam opinionem Raphaelis, Curt. & Põto. de Caste. quam ponit do. Franc. Curt. de statuto ponẽte bona ad credas, vt etiam habes ad ipsum statutũ, vbi habes contra Alexã. consi. cvj. in v. vol. in ix. c. dicta decisionis. Raphael Com. & do. Christopho. de Caste. licet eos non alleget, in d. consil. ponit

a allusione[a], seu significatione vocabuli nõ dicitur creditor, vt hic. Tu dicas † quãdo tractamus de significatione vocabuli, sta mus allusioni, seu significationi vocabu-
31 li[b], nisi diffinitio, seu authoritas sit in cõ-
b trarium: vt videbitis. ff. l. pxima. §. appellata. Sed in proposito nos habemus quòd verbũ credere, seu res credita dicitur à credendo, seu confidendo: & de hoc nõ habemus authoritatem in contrarium, & ideo dico, ꝙ licet tenearis mihi ad rem subtractam, vel legatã: illa res nõ potest dici credita: qa repugnat allusio vocabuli, vt hic. Nec obstat l. si cui. & l. creditores. quia fateor ꝙ verbum creditor, sumitur largius respectiuè ad debitorem pro omni eo cui aliquid debetur: sed verbum creditus credita creditum, stat in sua significatione, vt hic: & ideo verba legis, vel statuti, sunt diligenter inspicienda, si faciunt mẽtionem de creditore: vt in titulo, de his quæ ĩ fraudem credito. tunc comprehendit omnes, quibus aliquid debetur: si verò faciũt mẽtionem de re credita, per istud verbũ credita, est necesse ꝙ præcedat cõtractus, per quẽ fidem alterius sequamur: aliàs non diceretur res credita: vt hic. Dicitur hic[c]
32 in textu: mox † recepturi. quæro, vtrũ ille, cui ꝓmittitur pecunia in diem, vel sub cõditione, dicatur creditor. [d] Videtur ꝙ non: quia non est mox recepturus, vt litera hic dicit. In contrariũ videtur, dicta lege, creditores. de verb. sig. l. is cui. de actionibus & obligationibus. Sol. Dico ꝙ creditor est: vt in l. contraria. non tamen priè, [e] sed comprehensiuè interim. Nã debitor est ille, à quo ĩuito potest extorqueri: vt l. debitor. de verbo. signi. & quod ibi not. & l. fideiussor. §. fideiussor. de fideius. Sed ꝑpẽdente die, vel conditione, non potest ab eo, tanquã ab inuito extorqueri: ergo nõ est propriè creditor: nec ille ꝓpriè debitor: creditor tamẽ est. Nõ obstat hæc litera, quæ dicit mox: qa hæc dictio mox, significat etiam longum tempus: vt in gl. & not. eam. Puto † tamen ꝙ dictio mox,
33 accipiatur pro confestim, nisi causa cõtrarietatis[f] vitãdæ, vt hic: & C. vnde vi. l. momentariẽ. & hoc facit ad quæstionem quã ponit Dy. in l. fructus. ff. solu. matri. & Cy. hic, vel potest exponi hæc dictio mox, vt determinet verbum credere, nõ verbum recepturi: & hoc satis placet. † Quero[3],
34 vtrũ fideiussor dicatur debitor? Videtur ꝙ non: vt l. spadonem. §. si ciuitatis. de excus. tut. & arg. l. furti. §. si quis alieno. ff. de his qui not. infa. facit, quia sub hoc titulo non comprehenditur de fideiuss. Sed in contrarium determinat Guil. de Cu. C. de fideiuss. l. blãditus. & l. si res. in fi. ff. ad Trebel. Ego[h] do pro hoc text. in l. & magis. ff. de sol. Non obstat l. spadonem. §. si ciuitatis. quia fateor ꝙ fideiussor non est tutor: debitor tamẽ est. Sequitur vltima particula ibi, rei quoque verbum: hic dicitur ꝙ
35 † rei verbum est generale. cõtrà, de l. si in rem. in prin. de rei ven. dicit gl. ibi quo ad actionem in rem: hic quo ad actiones personales. quod non placet: quia in actionibus personalibus est idem, quod ibi dicit in actione reali: vt l. in actiõe. ff. de fur. Vnde glos. soluit aliter, ꝙ hoc verbum rei, ibi

accipitur strictè quantũ ad formationem libelli: quia certa & limitata res debet exprimi in libello: & ista placet. quædam tamen glos. quæ est ff. de verb. signifi. l. rei. la ij. videtur permittere ꝙ res in libello indefinitè ponatur: quod an sit verum, & qualiter procedat, dicemus in l. j. in prin. ff. de eden. vbi est hæc materia.

1 ☞ *Animus contrahentium mutuum quales esse debeat.*
2 *Diuersæ ſpecies contractus quòd nõ reſultant ex uno & eodem facto.*
3 *Mutuum quòd ſit, ſi eadem pecunia mutuata reddatur.*
4 *Quando aliud habet reddi, an dicatur mutuum uel contractus innominatus. & nu. 6.*
5 *Dominium quomodo dicatur transferri, quãdo aliud pro mutuato reddi debet remiſſiuè.*
7 *Venditor generis quòd teneatur ad translationem dominij, non ex natura contractus, ſed ex natura rei.*

LEX II.

MVtuum damus. Iuris consultus in l. præcedenti exposuit verba rubricæ: verum quia edictũ tractabat de mutuo: ideo hic incipit tractare de mutuo. & h. d. Mutuũ contrahitur cum spe recipiendi, nõ id qđ datur, sed idem genus: & consistit in his, quæ constant pondere, numero, vel mensura: & debet in accipientẽ transferri dominium. h. d. vsq; ad §. creditum. Et diuiditur in tres partes principales. Primo ponit quis debet esse animus cõtrahentium mutuum, vel in contractu mutui: ex quo colligitur ad quid teneatur recipiens. Secundo ponit in quibus rebus cõsistat mutuum. Tertio ponit ad quid teneatur mutuans. Secũda ibi: mutui datio. Tertia ibi: appellata. Et quãlibet partem prosequar de p se. Prima pars diuiditur in duas. Primò ponit vnum dictũ negatiuum, & illud probat. Secundo ponit vnũ dictum affirmatiuum: & etiã illud ꝓbat. Secunda ibi: sed idem genus. Nota ex princ. quis debet esse animus † cõtrahentium mutuum, vt dixi in summario. Secundo nota ꝙ ex
2 † vno & eodẽ facto nõ resultant diuersæ[i]
i species cõtractus: quod apparet ex hac litera, dum dicit, alioquin aut cõmodatum erit, aut depositũ: quasi dicat, non est mutuũ, cũ vnus & idẽ actus nõ pariat diuersos contractus. Venio ad cõtraria. Opp. hic dicit nõ eandẽ speciẽ: & sic ĩuit ꝙ mutuũ cõsistit in speciebus. cõtra ff. pxi. ver. Sol. ꝙ hic dicit nõ eandẽ speciẽ intelligi. i. k nõ eandẽ rẽ, siue non idẽ corpus earũ rerũ quæ cõsistunt in numero, pondere, vel mẽsura. Secũdo opp. dicit hic alioquin, aut cõmodatũ erit, aut depositũ. Cõtrariũ videtur ꝙ sit cõtractus innominat[9]: vt l. naturalis. §. j. & l. si tibi areæ. ff. de præscript. ver. Sol. dicit gl. ꝙ hoc est verũ ꝙ nõ transfertur dominiũ: alias esset cõtractus innominatus, vt in contrarijs. hoc statim latius declarabo. Venio ad ver. sed idẽ genus.
k & quæro quid si illa eadẽ pecunia[k], quæ fuit numerata, redda
3 tur, † an erit mutuũ? Glo. j. huius. §. dicit ꝙ sic. Sufficit enim ꝙ animus cõtrahentiũ fuerit ꝙ redderetur aliud, in eodem tamẽ genere. Hoc probatur expresse Instit. quib. mod. re contra. ob. in prin. & in tantũ hoc est verum, ꝙ si ab initio mutuaui pecuniam, & postea pro illa pecunia solueretur mihi species quædam de mea volũtate: nihilominus fuisset mutuũ: arg. C. de rescin. vẽd. l. pretij causa. & C. e. l. fi' pro mutua. & de sen. l. libera.

etiam ꝙ nõ comprehenditur creditor conditionalis in statutis: & idem Alex. consil. lxv. eo. volu.

¶ Propriè. Adde ꝙ sic se habet cõis opi. pro qua bene facit glos. in l. ij. in verbo, nuptias. in §. creditum. j. eod. Alex. cui inquantum quærit post Iac. But. Bal. & Sali. an cessionarius dicatur creditor; & an statutum loquens de creditore, habeat locum in cessionario, adde Ro. consi. cxlij. concludentẽ idẽ quod præfati doct. Et an tutus exceptione compensationis dicatur debitor, vide Alexan. consi. xij. ij. lib. & ad Barto. hic adde tu eundẽ Alex. cõsi. lxv. col. fi. et ĩ cõsi. c. vj. co. j. circa mediũ i v. vol.

¶ Cõtrarietatis. Adde glo. in authẽ. de incest. nup. in princi. in verbo, imminere. gl. in c. qa ꝓpter. i verb. mox. de elect. Bal. in l. Gallus. §. ille casus. ff. de lib. & posth. Inn. in l. diuortio. in prin. ff. solu. matr. alias remissiones vide per Alexan.

❧ POMATES. ¶ Quero. Idem tenet Aret. ꝙ illũ tex. in l. si fideiuss. in primo not. & ibi ꝙ Iaso. in ij. no. ff. de leg. j. vide Alb. in j. parte statutorum. q. cxciij. ĩci. quæstio pulchra. Alex. in l. si creditores. in vlti. col. C. de pact. Barba. consi. xxxvij. in xviij. colũ. in j. volu.

h ¶ Ego. Adde ꝙ hęc est cõis opi. ꝙ qua Alexan. alleg. l. si fideiussor. in prin. in verbo, debere. ff. de legat. j. & tex. in l. si seruũ. §. nũc videamus. ff. de verb. oblig.

i ¶ Diuersæ. Adde ꝙ Rom. & Fulg. intelligunt hoc verum quo ad plures contractus inuicem nõ compatibiles: vt est mutuum & cõmodatum. secus si sint cõpatibiles, de quo hic per Alex.

k ¶ Badẽ pecunia. Adde an de necessitate cogatur mutuãs illos met denarios, quos dedit, in specie recipere. Alex. dicit Cy. hic in j. q. & alios doc. tenere ꝙ inuitus cõpellatur recipere, dũ sint in eadem bonitate. iuribus hic per eum allegatis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Secunda Bartoli super Digesto veteri.

a ¶ Mutuum. Adde ꝙ posset esse depositum, si hoc actū esset. Alex.
b ✠ P, P A V, P.
¶ Aut agitur. Vide p̄ Moder. in §. cū itaque in ij. col, Insti. de act, in eadē l. §. mutui datio. ibi in versi. veniamus ad aliā gl. Ista regula fallit in tributo, secūdū Alex. in additionibus ad Bar. in l. j. C. de argē. pretio qđ Thesau. inser. lib. x. vi de quoldā alios casus per Ias. in l. quæ in rebus. §. fi. in ij. no. de le. j. aliàs est lex non amplius. §. fi. qui incipit cū bonorū. Item si solvatur aliud p̄ alio alteri quā vero creditori de voluntate creditoris, an ipso iure liberetur: vide Matheſil, no. cxiij. ꝙ nō. In contrariū, vide Curt. in singularibus suis nō impressis. nu. xxv.
e ¶ Pecunia pro specie, Adde ꝙ hoc dictum Bart. limitat Guiliel. de Cu. hic, nisi diceret noie pretij dari pecuniam: quia vbi fit mētio de pretio, intelligitur emptio. l. fin. C. de prædi. decu. lib. x, hoc sequitur Pau. de cast. hic in lect. & in addi. qui alleg. Ioan. And. in addi. ad Spe. in tit. de ces. actio. §. j. in addi. incip. nimis rigoroſum. aliam limitationem vide hic per Alexand.
d ¶ Duæ opini. Iacob. But. tenet hic secundam opi. per allegata in glo. pro qua etiā videtur facere text. in l. Titiæ amicæ. ff. de aur. & ar. lega. tamen prima est magis communis, quam sequitur Cyn. Bald. Ange. hic Barto. in l. Pau. la j. ī. de sol. & in l. diuortio. §. ob donationes. ī. solu. mat. & in l. quę extrinsecus. ī. de verb. obliga. Bald. in l. fi. C. de compen. Sali. in l. si quis argentum. C. de donat, Anto. de Butri. in capi. quanto. de iureiuran. Petr. de Anchar. in Cle. si beneficiorum. de decimis. Hanc tamen communem opi. limita non habere locum in casu speciali. l. j. C. de argē. pre. libr. x. Alexand. Et ad fallentiam Barto. vide eundem Barto. in l. Pau. aliàs, Imperator. ī. de in diem addi. quia tunc talis consuetudo esset seruanda.

Venio ad ver. nam si aliud. dicitur hic ꝙ †qñ aliud debet reddi, nō est mutuū quęro quis contractus erit: Gl. dicit ꝙ est contractus innominatus, ex quo oritur actio præscriptis verbis. Tu verò pro declaratione huius principij dic latius, quando ꝙ hoc agitur, vt eadē species, quæ datur, reddatur: & tunc aut per dantem nō transfertur dominium, aut transfertur. Primo casu aut datur causa custodiæ, & erit depositū: vt ī. depositi. l. j. in princ. Aut dat ad hoc vt recipiens his vtatur: & tunc aut datur ad vsum determinatum: & erit commodatū. Aut datur ad vsum indeterminatū: & erit precariū: vt no. in l. in cōmodato. §. sicut. ī. cōmo. & ī. de preca. l. j. circa prin. qđ intellige vt ibi dixi. & ī. de don. l. Lucius. & ponūt doct. C. cōmo. l. ij. Secūdo casu qñ transfert dominiū, tunc est contractus innominatus: vt l. naturalis. §. j. & l. si tibi areæ. ī. de præscri. verb. Quomodo autē †transferatur dominiū quod sic datur, vt reddatur: dic vt l. qui sic. ī. de sol. dicā in l. si tibi pecuniā. ī. eo. Qñq; †ab initio agit, vt aliud reddatur: tunc si quidē agitur vt reddatur aliud in specie, sed idē in genere: & tūc est mutuū. a Si verò vt reddatur aliud ī genere, i. in diuerso genere: & tūc aut agitur vt reddatur species pro specie: & tunc est cōtractus permutationis: vt l. j. ī. de re. permu. & ibi glo. in ver. habēt. in fi. Aut agitur b vt reddatur genus pro genere, aut genus pro specie: & tunc erit cōtractus innominatus, do vt des. l. j. & ij. C. de rer. permu. & quōd ibi not. Aut agitur vt reddatur quantitas, in pecunia pro specie c, vel species p̄ quātitate: & tūc aut agitur ꝙ ex vtraq; parte detur: & erit contractus innominatus: vt ī. de condi. ob cau. l. fi. Aut agitur ꝙ ex parte eius, q debet quātitatē, detur: & ex parte ei⁹, qui debet speciē, tradatur, & erit cōtractus emptionis, & vēditionis: vt est casus in l. ex empto. ī. de act. empt. & no. in d. l. fi. de cōdi. ob causam. Aut agitur vt reddatur quātitas pro genere, seu genus pro quātitate: & tūc indistinctè erit emptio & venditio: licet ex vtraq; parte sit datio. Ita debēt intelligi oīa iura quæ loquunt de venditione generis: vt ī. de act. empt. l. ratio. §. si per vēditorē. l. si sterilis. §. cū per venditorē. eo. tit. & l. j. in princ. cū gl. de peri. & cō. rei ven. Ratio est: quia quādo venditur † genus, vēditor tenetur ad translationē dominij: non ex natura contractus, sed ex natura rei debitæ: quia debetur res in genere: vt not. per glo. in simili in l. si domus. §. de euictione. de leg. j. & l. qui cōcubinam. §. si hæres. de lega. iij. In eo enim qui vendidit vinū, vel aliud in genere, vt teneatur ad translationem dominij, est eadem ratio quæ est in emptore, qui tenetur ad pretium in genere, meritò ex vtraq; parte potest interuenire datio. Prædicta collegi ex dictis multorum.

1 ☞ Ea quæ consistunt pondere, numero, uel mensura, recipiunt functionem in genere suo.
2 Aliud pro alio inuito creditore solui non potest. & nume. 10.
3 Genus & species quomodo accipiantur apud Logicos, & quomodo apud Legistas.
4 Accipiens pecuniam ad numerum mutuo, quòd ex causa necessitatis poterit soluere frumentum. & nu. 21.
5 Qui accipit frumentum mutuo quòd non possit restituere pecuniam, nisi in casu non existentiæ frumenti: quia tunc peruenitur ad æstimationem.
6 Accipiens argentum ad pondus mutuo, quando poterit reddere pecuniam.
7 Expensæ quæ fiunt in cudendo pecuniam, deberent fieri de publico: consuetudo aliter seruat.
8 Si datur frumentum, ut uinum reddatur, quòd non sit mutuum, sed contractus innominatus: & quando uenditio.
9 Si datur liber ad pondus, uel oues ad numerum, ut tantundem reddatur, quòd non sit mutuum, & quòd in libro non cadat mutuum. nu. 13.
10 In mutuo, ad hoc ut sit mutuum, quatuor considerantur.
11 Pecunia quòd non fuerit principaliter inuenta ut numeretur.
12 Mutuum quòd cadat in pipere ad numerum.
14 Locatio quòd consistat etiam in rebus non consuetis locari, habentibus tamen similitudinem cum eis.
15 Mutuum quòd consistat in pane, & ita seruat consuetudo.
16 Mutuum quòd cadat in stanno, plumbo, & similibus.
17 In lateribus & tegulis, quòd consistat mutuum.
18 In lignis quando uenduntur ad pondus, potest mutuum consistere.
19 In palea potest mutuum consistere.

Mutui datio.

Hic ponitur in qbus rebus mutuū cōsistat. Glos. diuidit istū §. & ponit casum. ego autē diuido aliter. Primo ponit dictū. Secundo ponit rationē includentē duo. vnū negatiuè, aliud affirmatiuè. Tertio probat p̄ rationē in eo qđ affirmatiuè cōcludebat. Quarto probat per eādē rationē in eo qđ cōcludebat negatiuè. Secunda ibi: quoniā earū. Tertia ibi: qua in genere. Quarta ibi: nā & in cæteris. Casum in terminis ponit glo. sua magna in prin. & ideo aduerte ad me. Nor. ꝙ ea, †quæ cōsistūt in numero, pondere, vel mēsura recipiunt functionē in genere suo. Secundò nota †ꝙ aliud pro alio, inuito creditore, solui nō potest. Venio ad gl. quæ in prin. sui ponit casum, & illū expediui legēdo literam. Op. Iurisc. ōsultus accipit hic in genere, qñ debet aliqua quantitas: puta vini, frumēti, vel olei, & similia. Speciē verò accipit, qñ debetur aliqua species, & vna certa res. Contra, genus est qđ prędicat de pluribus differētib⁹ specie: & species est qđ prędicat de plurib⁹ differētibus numero: sed prout accipitur hic species, nō p̄dicat de plurib⁹ differētib⁹ numero; sed accipit potius pro quodā indiuiduo. Vnde videt obstare ī. ea. l. §. creditū. & ī. de leg. j. l. legato generaliter. qđ ibi no. Sol. fateor †ꝙ secūdū Logicos accipit gen⁹, & species, prout modo dixi: & etiā Iuristę in aliquibus materijs sic accipiūt: vt in legibus s. alleg. Regulariter tñ nos accipim⁹ speciē pro quodā indiuiduo. ita loquit hic, & in pluribus locis in corpore iuris. ita dicit gl. & bene. Quæro circa istā partē de pluribus q̄stionibus: pone †ꝙ accepi pecuniā ad numerū: nunqd potero reddere frumētū ad mēsurā: Gl. dicit ꝙ nō: vt in tex. dū dicit, in genere suo. Nā hic solueret in genere alio scilicet frumētū p̄ pecunia, qđ fieri nō debet: vt l. si ita fideiussorē. ī. de fideiuss. Hoc intellige verū. nisi ex causa necessitatis, qñ debitor pecuniam soluere nō posset, vt dicā infrà. Quæro †qd econtra, si recepi frumētū mutuo, an possim reddere pecuniā? Iac. de Arc. videt dicere ꝙ sic: vt l. vinū. ī. eo. & l. si sterilis. §. cū per vēditorē. ī. de act. emp. & l. quoties in diē. ī. de ver. obl. Sed certè illæ leges loquuntur qñ debitor fuit in mora: & tūc nō reperit frumētū, vel vinū eius bonitatis, cui⁹ debet reddi: meritò puenit ad æstimationē: sed si nulla mora præcesserit, non crederē pecuniā posse solui per regulā hic positā: qa aliud pro alio &c. qa debet solui in eodē genere, nō in alio. Quæro, qd si accepi argētū mutuo †ad pondus: nunqd potero reddere pecuniā? Gl. ponit opi. vt in ea habes, nec determinat. Ad solutionē huius q̄stionis debes scire, ꝙ de iure cōi pecunia debet fieri sic, vt tantā vtilitatē afferat in forma, quātā in materia: & tātā in materia, quātā in forma: vt ī. de cōtra. emp. l. j. cū gl. j. ver. probet. Et sic expensæ †quæ fiunt in cudēdo, debēt fieri de publico: sed hodie de cōsuetudine seruat ꝙ minus est in forma, q̄ sit in materia, ꝓpter expēsas q̄ fiūt in cudēdo. Hoc p̄misso venio ad solutionē quæstionis, & dico: Si debeo tibi massam argēti, soluere possum argētū in forma, ere nō cōtaminatū, sed eiusdē ligę. Itē dico hoc verū, qñ argētū tātā vtilitatē affert in forma, quātā in materia. Pro hoc l. j. in fi. in ver. in ea pecunia. ī. de aur. & ar. le. sed si propter cōmistionē alterius æris, vel ꝓpter formā sibi datā minus vtilitatis afferret in forma q̄ in materia: tunc nō posset solui.
d Et ita debent ad cōcordiā reduci istæ duæ d oppo. Fallit si cōsuetudo ciuitatis aliter se haberet: vt not. in l. si quis argētū. C.
2 de do. allega. in gl. Quærit gl. quid † si frumentū mihi das, vt reddam vinum, vel argentū, & cōsentimus ambo: nunquid est

mutuum,

mutuū: Dicit gl. q̄ nō. & est tex. s̄. in prin. huius l. sed cōtract⁹
innoīatus est, vel vēditio; hoc ideo: qa in eodē genere nō red-
dit̄, qđ requirit̄ in mutuo? Illud qđ dicit gl. vel vēditio. intelli-
gas q̄n argentum debet dari in forma, vt in pecunia numera
ta: alias non esset vēditio sine pecunia: vt l. j. in prin. j̄. de con-
9 trahē. em. † Quærit gl. qd si dedero tibi librū ad pōdus, vt li-
a brum² tāti pōderis reddas? Vel qd si oues ad numerū dedero
vt oues tāti numeri reddas: an erit mutuū? Et videt̄ q̄ sic: quia
cōsistit in pōdere, numero, vel mēsura. Gl. determinat cōtra-
10 riū: & dicit cōsiderāda esse † quatuor in mutuo: quā examine
mus p̄ ordinē. Primò debem⁹ cōsiderare q̄ res, quę data est ad
numerū, ad hoc sit inuēta, vt numeret̄ sicut pecunia: vt l. j. j̄. d̄
11 cōtrah. emp. Certè istud nō est de necessitate. Nam † pecunia
fuit inuēta principaliter propter aliud, q̄ q̄ numeret̄. d. l. j. ff.
de cōtrahē. emp. Præterea ponamus aliquas res quæ naturali
ter producant̄, & sint vniformes qualitate, et bonitate, exēplū
in pipere, nā oīa eius grana sunt quodāmodo vniformis qua-
litatis, et bonitatis. Nōne † poterit mutuari piper ad numerū?
12 Certè sic: qa in genere suo recepit functionē, nec possumus tn̄
dicere q̄ ad hoc sit inuētū vt numeret̄: qa nō fuit inuētū facto
hois, sed naturaliter. Secūdò requirit̄ q̄ sit cōsuetudo, vt ī gl.
& in hoc qđ dicit gl. de cōsuetudine nō allegat legē: & potest
hoc intelligi duobus modis, vno modo, q̄ sit cōsuetudo, quia
ista res in suo genere recipiat functionē, vt vinū, frumentū, &
oleū, & simi. quæ ponunt̄ Insti. qui. mo. re cōtra. obli. in prin.
Sed si cōsuetudo nō esset, licet reperiant̄ aliquæ res eiusdē ge-
13 neris, & bonitatis, nō cōsisteret in his mutuū. Exēplū, † pone
q̄ reperiunt̄ plures codices scripti manu eiusdē scriptoris, &
in eadē charta, & in eadē forma p̄ oīa: licet inter eos sit oīmo-
da similitudo, tn̄ qa cōsuetudo nō est vt in genere suo recipiāt
functionē inuicē, in istis nō cōsisteret mutuū. Et si hoc modo
gl. intelligeret̄, verū diceret. Alio modo pōt intelligi q̄ sit cō
suetudo, hoc est, q̄ cōsueuerit mutuari: aliàs non cōsistit mu-
tuū. & hoc videt̄ probari j̄. de præscri. ver. l. naturalis. §. at cū
do. vbi nō consistit locatio, nisi in his quæ cōsueuerūt locari.
14 Sed certè † si bene aduertatis: ibi debet sic intelligi: nō cōsi
stit locatio, nisi in his quæ cōsueuerūt locari, s. habētib⁹ simi-
litudinē cū eis. In his verò quæ dissimilia sunt, locatio, nō cōsi
stit: vt ibi patet. Et ideo puto q̄ si sint aliquæ res, quæ mutua-
ri nō cōsueuerūt, nec sunt in cōmuni vsu mutuādi: si tn̄ in ge-
nere suo recipiūt functionē, in eis cōsistat mutuū, vt j̄. dicam.
Tertiò dicit gl. est attēdenda aptitudo, s. q̄ res ad pōdus, vel
ad numerū, vel mensurā suæ naturæ adaptet̄. Aduerte: gl. di-
cit verū: & vt intelligas, quæro quare non aptet̄ pondus ad li
brum: oues ad numerū: sicut granum ad mensuram, oleum, &
vinum, & similia? Respondet Iurisconsultus, & dicit q̄ mu-
tuum consistit in his quæ numero, pondere, vel mensura cōsi
stunt. non dicit, in his quæ ponderari, mensurari, numerarive
possunt: sed in his quę consistūt. q. d. in his quæ suū esse habēt,
& suā essentiā, & vtilitatē retinēt in pōdere, numero, vel men
sura: licet indiuiduū ipsum mutet̄: sed in libro, ouib⁹, & simili
bus nō cōsistit substantia eius bonitatis, & vtilitatis, in pōde-
re, numero, vel mēsura: licet pōderari, numerari, & mensurari
possint, & ideo eius naturæ prædicta nō adaptantur: quia sua
essentia & vtilitas in his non seruat̄. Aduertendū tn̄ est, quia
quædam res sunt, quæ habēt aptitudinē ad omnia tria: vt pe-
cunia pōt alicui mutuari ad numerū, ad pōdus vel ad mēsurā.
Et quædā sunt res quæ habēt aptitudinē ad duo istorū solūvt
oleū & similia, s. ad mēsurā & ad pōdus. Ad numerū autē istæ
quæ sunt materiæ liquidæ, non sunt aptæ: vt patet ad sensum;
& licet in mutuādo q̄nq̄ adiiciat̄ numerus, nō adiicit̄ numer⁹
illius materiæ: sed numerus ponderis, vel mensuræ, vt decem
cados olei: vel qnquaginta libras olei, & similia. Quædā sunt
apta ad numerū tm̄: quædā ad pōdus tm̄: quædā ad mēsuram
b tm̄: vt j̄. dicā. Quartò[b] requirit̄ dicit gl. vt aptetur actus con
trahētium ad aptitudinē rei: licet em̄ pecunia possit numera-
ri vel ponderari &c. tn̄ si daret̄ vt eadē pecunia: vt species red-
datur nō esset mutuū: quia actus nō adaptat̄ ad aptitudinē: vt
l. plane. §. j. j̄. de leg. j. l. sed & si certos. eod. tit. Quærit glos.
15 † vtrum in pane cōsistat mutuum. Gl. dicit q̄ non: sed erit con
16 tractus innominatus. Tu verò dicas, quādo † in ciuitate limi-
tatus est panis, quia debet esse tot vnciarum: & tunc mutuum
potest cōsistere in pane ad numerū: quia, p a
pter omnino dā similitudinē recipiūt fun
ctionem inter se, in genere suo, sicut pecu
nia. Quādo q̄ panis nō est limitatus in ci-
uitate: & tūc nō cōsistit mutuum ad nume b
rum: quia suū esse, & sua vtilitas nō retine
tur numero: sed cōsisteret mutuū in pōde
re: quia in genere suo recipiūt functionē:
tantam em̄ vtilitatem afferūt decem libræ
vnius panis, quātam alterius, posito q̄ sint
eiusdem bonitatis: licet diuersus sit nume
c rus: & ideo in eo puto[c] consistere mutuū:
& hoc admittit cōsuetudo. Quero vtrū
in alijs rebus quæ ~~non~~ numerantur, Insti.
qui. mo. re cōtra. obli. cōsistat mutuum. Ia.
de Are. dicit q̄ sic. & credo quòd dicat ve
16 rum: † vt puta si ad pondus dicit mutua-
retur stannū, seu plumbū, vel aliud æs. &,
vt videtis, istæ res, quæ cōsistunt in mate-
ria, nō sunt aptę nisi ad pōdus. & eodē mo
do dici possunt quædam res, quæ nō sunt c
aptę nisi ad numerum. Exemplū, facta est
17 lex vel statutū † q̄ tegulæ qbus domus te
gitur, vel lapides cocti, vel lateres, quibus
domus cōstruitur, fiant ad certā mensurā.
Certè arbitror q̄ in his consisteret mutuū
ad numerū: quia in gñe suo recipiūt fun-
ctionem non tn̄ sunt apta ponderari, vel
d mensurari. In aliqbus[d] etiā partibus vidi
18 † q̄ ligna comburēdi causa parata vēdunt̄
ad pōdus, & mutuant̄, & in his putarem d
consistere mutuū: quia in genere suo reci-
piunt functionē. Idē puto in paleis, & si-
19 milibus. Solū enim hoc considero q̄ † in
genere suo functionē recipiant: et q̄ actus
contrahentiū adaptent̄ aptitudini rei, in-
telligendo aptitudinem rei vt s. dixi. Su-
mus expediti de ista gloss. Veniamus
20 ad aliam gloss. dicitur hic † quòd aliud e
pro alio inuito creditore solui nō potest.
Contra de l. si domus. §. qui confitetur. de
legat. j. dicit gloss. speciale ibi ratione san-
guinis, sic etiam assignat multas alias spe
cialitates. Ioan. verò soluit vno verbo, sci-
licet aut debet̄ quātitas, aut species. vide
gl. Pro declarāda hac gl. & ista materia
vtrum aliud pro alio inuito creditore sol
ui possit, debes scire. Quādo q̄ debetur fa
ctum: & tūc succedit obligatio ad interet̄:
& tunc soluendo interesse an reus liberet̄:
dic vt l. j. C. de sen. quæ pro eo quod inter-
est, per. Dixi plenè in l. stipulatiōes nō di f
uiduntur. j̄. de ver. obl. in viij. q. Quādo q̄
est in obligatione rē restitui, vel rem red-
di: & tūc etiā sunt opi. vt l. in re furtiua. in
princ. j̄. de condi. furt. Dixi plenè in d. l.
stipulationes non diuiduntur. in viij. qō.
Quandoque est in obligatione rem tradi: & tunc etiam de hoc
sunt opini. in l. prima. j̄. de action. empt. Et hoc etiam dixi
e plenè in dict. l. stipulationes non diuiduntur. in viij. quæstio.[e]
Quandoque est in obligatione rem dari: & tunc est nostra ma
teria. In qua dic: Aut debetur genus, aut species, aut quātitas.
Si genus, hoc potest esse dupliciter, vel quòd debetur genus,
hoc est vna species de genere: vt homo, vel equus: vel q̄ debe-
tur certum pondus, vel certa mensura illius generis, vt frumē-
ti, vini, & similium. & istis duobus casibus aut quis vult solue-
f re[f] genus pro genere: & non potest inuito creditore. Aut vult
soluere speciem pro genere: & idem quòd non potest soluere,
vt hic. Aut vult soluere quantitatem pro genere, vt puta pecu-
niam: & secundùm Iacobum de Aretio potest: vt suprà dixi.
21 † Tu verò dic. Aut illud genus potest reperiri eiusdem boni-
tatis, cuius debetur; & non potest solui quantitas pro genere:

a ¶ Librum. Adde q̄ idē tenet gl. Inst. qui. mo. re contrahi. ob. in princ. in verbo, mentiendo. & eius opini. cōiter tenet Alexan.

b ¶ Quartò. Adde quòd Pet. & Cy. dicūt opi. glos. ꝓcedere si trado pecuniam in sacculo, vt reddā alīū sacculū sed si petijsti à me xx. sol. mutuo, & ego dixi, ecce in isto sacculo sunt xx. solidi, acci pe. contrahet̄ mutuū: quia pecunia est apta ad numerandū, & ego numero verbo. nō ob. l. plane. qa loquit̄ q̄n pecuniā tanq̄ spe ciem, seu corpus tra do: sed in p̄dicto exē plo non: & idē tenet Sal. vt refert Alex. cū quibus ipse transit.

c ¶ In eo puto. Adde q̄ Iac. But. Ray. Cy. & Bal. transeūt cum gl. qa panes semper sunt dissimiles. Mar. d Fa no sentit idē qđ Bar. & etiā Alex. qa data opi. præcedēti, p vera sequeret̄ q̄ t vino nō posset esse mutuū: qa est op⁹ aliquali indu stria, & arte hois, nec oīno pōt esse similis.

POMATES.

¶ In aliquibus. Dici tur tn̄ voluisse Bart. in vers. ij. regrit de li bris oīmode similib⁹ q̄ nō solū requirat̄ q̄ recipiāt functionē in gñe suo, sed etiā q̄ sit consuetudo, vt reci piant functionem.

¶ In viij. q. Adde q̄ de buit dicere idē esse in obligatiōibus dādi: qa in plurib⁹ casibus etiā succedit obliga tio ad interesse. q casus tradunt̄ in d. l. sti pulatiōes nō diuidū tur. in xj. & xij. opp. et p̄ Bar. in l. j. C. de sent. quæ p eo qđ interest proferū. & in l. natu ralis. j̄. de præscr. ver. Alex. cui adde q̄n a liud p alio inuito cre ditore solui possit, Roma. consil. clxiij.

☞ Exemplaria im pressa habēt genus p gñe: scripta verò gen⁹ p specie: & melius si mentē & verba Bar. inspexeris, Ale. Losę.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ↛ POMATES. ¶ Tertio casu. Vide Roma.cõsi.clxiij.& Are.cõsi.xxvij.ad fi. & Pract. Papinia.in forma libelli, quo agit hypothe.in glo. in versi.satisfacere.

b ↛ P. PAV. P. ¶ Cogitur creditor. Circa istud remediũ aut.hoc nisi debitor. C.de solu,dãd. insolutum &c.vide pro limitatione practicã Papien.in forma responsionis libelli in actione hypothecaria,in verbo,satisfacere,circa prin. Itẽ an ipsi' dispositioni possit renunciari, vide Alexã.consil.xxxvij. in ij.volu.in ij.col.& quæ habes in repertorio,in verbo,debitor.in ij.colum.& ad Bar.in rub.C.qui bonis cede.pol. An autẽ iure tollat istam facultatẽ & remediũ, quando qs promisit, puta centũ, & iurauit attendere & obsignare, vide Mod.in l.si pecuniã.in princ. ff.de cõdi.ob cau.per glo.ibi,quæ dicit ꝙ iuramẽtum obligat præcisè ad obseruantiã promissionis,vide omnino Alexã.in terminis cõsi.xxxvij. in ij.volu.in iiij.v.& vj.col.vide Abba.cõsil.xlij.in ij.parte.vbi etiam dicit ꝙ valet conuentio, ꝙ possit quis personaliter capi,præcipuè itãte iuramento,& ꝙ remanet beneficiũ cessionis,& circa requisita refert Lud.Ro.cõsi.clxiij.vide Curt.in singu.suis nõ impressis nume.xxvj.vbi reprobat duo vltima. Item ad hoc vt habeat locum dispositio illius aut.hoc nisi debitor.quatuor copulatiuè requirunt, quæ vide apud Roma.in d.consil.clxiij. incip.constitutio curiæ. & circa limitationem Practici Papiẽ.de quo ſ.vnde qũ quis sua sponte vult offerre rẽ,vide etiam quod dicit Ioã.Fab. in ſ.fi. Instit.de actio. & ibi Ias.in penulti. colũ.in viij.fallen.ꝙ non potest cedi bonis, nisi vrgentibus creditoribus : qa illud cõceditur in subsidium, sicut etiã facultas dandi insolutum,vt patet in aut. hoc nisi. in corpore vnde sumitur.

c ¶ Fallit. Adde quòd ibi non est aliud in ecclesia debẽte, ꝙ in priuato debitore,præterquam in hoc,scilicet ꝙ priuatus quando non potest soluere in pecunia,tenet dare de melioribus rebus. Ecclesia vero potest dare mediocrem, vt d.ſ.hæc verò. nec intelligas ꝙ priuatus teneatur dare meliorem rẽ magni valoris pro debito paruæ quantitatis:quia nõ tenetur dare insolutũ,nisi pro cõcurrẽti quantitate,per no. per gl.in l.quãdiu.C. de distra.pigno.vt inquit Imo.in l.à diuo Pio.ſ.in venditione. ff.de re iudic.Alexan.

¶ Ab etymologia. Adde Bart.in l.j.ff.de test.& in l.j.ff.de acq. pos.& in l.oẽs populi.in vj.q.prin.de iusti.& iure.Bald.in l. nõ sine.C.de bo.quæ lib.Anto.de Butri.in proœ.decre.Alex.cui adde Abb.consi.lxxxij.ij.lib. Angel.consil.ccvij.

↛ POMATES. ¶ Adde Feli.in proœmio decret.col.xiij.

↛ P. PAV. P. ¶ Ab etymologia. Vide latè per Feli. post alios ī proœmio Decreta. in quatuor col.fi. Et quid sit etymologia,diffinit Baldus in c.j.ſ.si quis de manso.de controuer. inuest.in vlti.col. Et de materia etiã vide Ang.Insti.de testa.in princi.cũ concord.de qbus per Feli.vbi ſ. vide Panor.in c.cũ secundũ.de prebẽ.in cõsil. lxij.in j.colũ.in j. volu.ponẽtem de eo quod ponunt Mod. hic, qñ etymologia procedit ab aliquo euentu:de quo etiam per Felin.in d.proœmio Decreta.in viij. col. Item de materia multa ponit Ias.in l. j.in princ.in ij.not.de acqui.pos.

↛ POMATES. ¶ Mutuũ. Vide Cardi.cõs.lvj.in j.dubio.

quia aliud pro alio,&c.vt hic. Si verò nõ potest reperiri:& tũc potest solui quantitas pro genere:vt l.vinum.ff.eo.cum limi.

Tertio modo potest accipi genus pro quota:vt si ego tibi debeo tertiã,vel quartam partẽ bonorũ, vel alicuius rei:& in his potest solui æstimatio qñcq; pro illo genere debito:vt l.nõ amplius.ſ.ti.cũ l.seq. de leg.j.Quod dic vt ibi.facit l.j.in ſ.pe. cũ gl.in ver.cõpensatio.ſ.si pars hẽre.pet. l.j,& ff.ad Tre.l.deducta.ſ.numis.in fi.gl. magnæ. Secundo casu qñ debetur species: tunc aut illa species debita nõ potest reperiri:& potest solui pro ea æstimatio, non alia species,vel genus:vt l.nõ dubiũ. de leg.iij.Sic debet intelligi l.si seruum.ſ. fi.de verbo.obli.& l.si ex legati causa.eo. titu.Si verò illa species potest reperiri,& debitor potest eã soluere:tũc de necessitate cogitur eam soluere,nec admittitur ad soluendũ aliud:vt hic,fallit in casu l.domus.ſ.qui confitet.ff.de leg.j. Tertio casu[a] qñ debetur quãtitas:& tunc aut debitor nõ potest soluere quantitatẽ;& cogitur creditor[b] accipere rem:vt in aut.de fideiuss.ſ.quod autẽ. posita.C.de solu.aut. hoc nisi. Aut debitor potest soluere pecuniam:& tũc aut tenetur ad illã quantitatẽ respectu certæ speciei:& liberatur soluendo speciẽ illã:vt l.miles.ſ.j.ff.de re iudi.& l.si vero.ſ.fi.ff.solu.mat.& l.si fundũ per fideicõmissum.in prin.de lega.j.& de doli excep.l.fideiussor.rectè intelligẽdo. Si verò tenetur ad quantitatẽ simpliciter; tunc nõ potest soluere speciẽ pro quãtitate creditore inuito:vt l.eũ à quo.C.de sol. fallit[c] in aut.de alie.& emphy.ſ.hæc verò secundũ prædictũ.quæ est posita C.de sacro,sanc,eccle.aut.hoc ius porrectum.

a ☞ *Argumentum ab etymologia uocabuli, quòd ualeat, & nume.3.*

Si dominium non transfertur in accipientem, quòd nõ sit mutuum.

Mutuum ciuile quòd reconcilietur stipulatione, nec in eo requiritur translatio dominij.

Mutuum ciuile quot modis reconcilietur.

Mutuum merè naturale quot modis reconcilietur.

Conuentus pro mutuo, an opponat exceptionem dominij mutuanti.

Appellata. Nota tu iuuenis † argumentũ ab etymologia[d] vocabuli. †Secũdo no,ꝙ si nõ trãsfertur in accipientẽ dñium nõ est mutuũ.

Oppo.ꝙ ista argumẽtatio non sit bona. Nã secũdũ hoc omnis alienatio erit mutuum:qa fit de meo tuũ,quod est falsum: vt ſ.dixi.in prin.huius legis.Sol.† argumentũ ab etymologia vocabuli,seu allusione cõcludit,nisi ei repugnet diffinitio, vel authoritas. Nã tutor dicitur à tuẽdo: & tñ non omnis qui tuet,est tutor,nisi in eũ cadat diffinitio:vt l.j.ff.de tute.Et eodẽ modo testamentũ est testatio mẽtis:& tñ omnis testatio mẽtis nõ est testamẽtũ:nisi in ea cadat diffinitio, quæ est in lege j.ff. de testa.& idẽ in possessione:vt l.j.in prin ci.ff.de acqui.pos.Ita hic licet allusio vocabuli conueniat omni alienationi,tñ non erit mutuũ,nisi cõcurrant alia,quæ requiruntur in mutuo,ex quibus poterit colligi diffinitio mutui:vt statim dicã. Opp. ꝙ potest esse mutuũ,licet non fiat de meo tuum:vt si non fiat numeratio post biennium:vt l.in cõtractibus.C.de nõ nu.pec. Sol.dicit gl.ibi loquitur in mutuo ciuili, hic in mutuo naturali. Secũdo opp.de l. 4 quãuis.C.eodẽ.dicit gl.ibi † mutuũ reconciliatur stipulatione. Videte,ibi nõ loquitur in mutuo purè naturali,sed in ciuili, cui cooperatur natura:vt no.ff.ea.l.in fi.in quo mutuo siue præcedat stipulatio,siue sequatur,nõ requiritur translatio dñij:vt in d.l.quãuis. Tertiò oppo.ff.eo.l.nam & si fur.& de fideius.l.si qs pro eo.ſ.si numos. d Solu,dicit ibi ꝙ mutuũ recõciliatur consumptione. Ponit etiã alios modos reconciliandi mutuũ. Tu verò dic latius secun- 5 dum Iac.de Are. †Quoddã est mutuũ[e] e merè ciuile, & istud reconciliatur cursu biẽnij:vt l.in cõtractibus.C.de nõ nu.pec. Et intelligas reconciliatur,non ꝙ ex ipso mutuo nascat obligatio:sed vt ex contractu literarũ propter illud ciuile mutuũ, d obligatio nascat: vt Insti.de lite,obli.ſ.j.

Quoddã est mutuũ ciuile,non merè,sed d cui natura cooperatur:& illud recõciliatur stipulatione,siue præcedat,siue sequatur:vt C.eo.l.quãuis. Et intelligo ꝙ recõciliatur,nõ vt ex ipso mutuo nascat obligatio:sed vt nascatur ex stipulatione,pro- 6 pter illud præsumptũ mutuũ. † Quoddã est mutuũ merè naturale:& in isto requiritur ꝙ trãsferatur dñium in accipiẽtẽ,vt hic.aliàs nõ est mutuũ statim:sed ex postfacto poterit reconciliari multis modis: quorũ quosdã ponit gl.alij ponuntur per doc. Primõ reconciliatur cõsumptione: vt gl.dicit:vt ff.eo.l.nã & si fur.& l.si quis pro eo.ſ.si numos.ff.de fideius. hoc quod dicit de cõsumptione,põt intelligi tribus modis. Vno modo consumptione facta in vtilitatẽ accipiẽtis:vt quia minutatim expẽdit pecũniã quã recepit: & hoc modo loquunt iura alle.ꝑ gl. Secũdo modo põt intelligi cõsumptione,hoc est,perditione:vt no.in l.indebiti.ſ.sed & si numi. ff.de cõdi.inde. Tertio modo potest in- c telligi cõsumptione, hoc est,cõmistione: vt l.si alieni.ff.de so.Hoc tñ quod de commistione dico,nõ habet locũ,nisi in pecunia:secus in alijs generibus:vt l.Põponius scribit,si frumentũ. ſ.de rei vendi. Secũdo modo reconciliatur vsucapione:vt in glo.probatur etiã in l.indebiti.ſ.sed & si numi.ff.de cõdi.inde. Tertio modo reconciliatur cõditionis euẽtu.vt ff.eo.l.proinde.Sunt etiã alij duo casus extra gl.scilicet propter superuenientiã dominij in mutuãte ex causa de præterito:vt d.l.proinde. Itẽ reconciliatur ratihabitione secuta: vt l.si procurator.ff.de condi.inde. Vltimò posset quæri † an ille,qui conue- 7 nitur pro mutuo,possit obijcere mutiãti exceptionẽ dominij: dicam in l.nã & si fur.ff.eod.Diffinitionem autẽ mutui dicam infrà ea.l.in fine.

1 ☞ *Creditum differt à mutuo, ut genus à specie. & nume.2.*
3 *Verbum credendi, tripliciter accipitur.*
4 *Pecunia tripliciter accipitur.*
5 *Creditor conditionalis quòd impropriè dicatur creditor.*
6 *Testes si aliqui deponunt factum fuisse ante nuptias, & aliqui post nuptias, quòd concordentur ante nuptias, scilicet finitas, & post nuptias scilicet contractas.*
7 *Dictio ante, & dictio post, quomodo intelligantur.*
8 *Concordari quòd non possit dictum testis cum dicto partis.*
9 *Concordia testium quòd non fiat quando testes sunt impares.*
10 *Cautela ut iudex mittat pro testibus ut declarent dictum, quomodo inter eos uidetur contrarietas.*

1 **Creditum.** Creditum † differt à mutuo,vt genus à specie:quod quatuor probatur exemplis. h.d. hic ſ.

a ☞ POMATES. ¶ Secũdo modo. Vide Are. consi. lxxxvj.

b ☞ P. PAV. P. ¶ Testibus discordãtibus. Et illud qđ dicit in duobus testib⁹ discordantibus, multo magis locũ habet in vno teste, secundũ Com. consil. xcj. in ij. col. in ver. rursum cũ testes etiã diuersi. Et ibi etiã habes de modo saluandi testẽ, qui videtur depositisse ↄ maiori tempore quã verisimile sit ipsum recordari. Item latissimè an vnus testis discordans inseipso debeat trahi ad concordiam, & saltem vide latissimè Alex. in l. j. in prin. ff. de ope. noui nunciatio. & consil. ccccxij. in iiij. col. ad fi. Item quòd si essent duo testes, & discordarent, vide Alexan. consi. cclxxxvj. Mod. hic. Item qñ plures testes pro vna parte q̃s pro alia, non sunt reducendi ad concordiam, neq; vt probet, neq; vt euitetur falsum, vide oino Rom. consil. clvij. Item an testes concordentur solùm vt euitetur falsitas, an verò etiam vt probetur, vide Modern. hic Alex. consil. cxvj. & cxxxiij. in ij. colũ. & ꝙ fauore rei concordentur etiã vt probetur, vide Alex. consi. xxiij. in ij. vol. in vij. col. & seq. vide in materia Are. consi. xiij. in viij. colum. Itẽ vbi contrarietas non est euidens, potest cõcordia fieri. vide Alex. consil. ccxlviij. in vlti. colum. Item de materia concordantium testes, vide latè Feli. post alios in c. cũ tu. extra de testib. & aliqua per eum in ca. cum contingat. in ij. colum. de offic. deleg. vbi etiã ponit an concordentur cum dicto partium in eodem §. in fin. vide ad istam limi. Bartol. in lege si quis intentione ambigua. ff. de iudicijs.

c ¶ Ad concordiã. Adde Barto. in l. qui ante calendas. de verbo. obli. Alexan. tu adde Ange. consi. cclx. xiij. circa fi. vbi cõsuluit testes concordandos, quorũ aliqui dixerũt testes rogatos ante publicationem testamenti, aliqui post publicationem.

d ☞ POMATES. ¶ Aduerte. Si testes omnes adducti ad aliquid probandum, dicant id factum ante nuptias vel post, quomodo debeat intelligi talis eorum ratio. vide Arct. consil. xiij. in vj. col. Alex. in l. j. colum. ij. ff. de noui

§. Ex hoc summario apparet diuisio §. nã primo ponit dictũ. Secundo ꝓbat illud p quatuor exẽpla. Secũda ibi: nã creditũ. Itẽ secunda diuidit in quatuor partes, sicut quatuor sunt exẽpla. Scda ibi: itẽ mutuũ. Tertia ibi: in mutui aũt datione. Quarta ibi: verbis quoq;. In tex. ibi: dũ dicit dñm ẽe dantẽ: supple, sed nõ in credito: vt patet in vẽditione, depositio, cõmodato, et limi. Et in prima parte habes † q creditũ differt à mutuo, vt genꝰ à specie. Hoc probat sic: vbicũq; est mutuũ, est creditũ: sed nõ conuertit. Sicut qcunq; est homo, est animal: sed nõ conuertit. Sic etiã differt populus à plebe: vt Inst. de iur. na. §. plebs aũt. Cõtra hoc opp. quia creditũ est species, sicut mutuũ: vt ŝ. ea. l. §. j. & C. si aduer. cre. l. j. & in aut. nullũ credẽ. agri. p totũ. † Sol. vers. credẽdi, põt sumi tripliciter ſm gl. Quando q; large: et tũc sumit pro gñe suo, vt hic & ŝ. l. proxi. Quandoque strictè: & tunc sumitur pro sua specie, scilicet pro mutuo tantùm: vt ŝ. ead. l. §. j. & in legibus alleg. in contrarium. Quandoq; sumitur strictissimè, quãdo scilicet pecunia numerata tantũ mutuat: vt l. sed Iulianus. §. mutui. j. ad Mace. cũ sim. Vlterius procedo ad secundã particulã. Dicitur hic, q creditũ consistit extra eas res quę cõsistũt in põdere, numero, vel mẽsura. ista pars est clara, nec contraria fuit declarata ŝ. pxi. Venio ad ver. item mutuũ. dicit hic q mutuũ nõ põt esse, nisi proficiscat pecunia. Cõtra. ŝ. ea. l. §. j. vbi dicit q cõsistit in reb⁹ quæ cõsistunt põdere, numero, vel mensura. Sol. verbũ † pecunia, accipit tripliciter, quando q; largissimè, qñq; largè, & quandoq; strictè, vt dicit glo. doctrina autem horũ s. quando debet accipi largè & quando stricte, dixi plenè in l. talis scriptura. j. de lega. j. Venio ad versi. veluti si post nuptias dos promittatur. Quero de intellectu huius versi. pro declaratione debes scire, quòd in isto versi. continentur duo: vnum expresse, aliud à contrario sensu. Expresse, cum dicit, si post nuptias dos promittatur, est creditum. q. d. si ante nuptias dos promittat, nõ est creditũ: & sic vnum dicit expresse: aliud à cõtrario sẽsu. Quo modo aũt hoc procedat, gl. intelligit duobus modis. Vno modo post nuptias cõtractas: & tũc dicit q si dos promittit à muliere viro post contractas nuptias, ei obligat mulier: sed si dos à muliere viro promittatur ante nuptias, non obligaretur purè quia habet in se illa promissio tacitam cõditionem, si nuptiæ sequãtur: vt l. promittendo. & l. stipulationem. j. de iur. do. & l. item quia. ff. de pac. Contra istã lec. oppo. de l. is cui. j. de act. & obl. vbi pendẽte conditione quis dicitur creditor. So. † ibi dicitur creditor impropriè: vt dixi ŝ. in l. pxi. Secũdo modo [a], potest intelligiq; hic dicitur creditor post nuptias, s. solutas: & tunc est dicendũ q vir promittit vxori dotem. Nam si hoc promittit post nuptias solutas valet. Sed si promitteretur ante nuptias solutas, non valeret: quia esset donatio, nisi morte cõfirmaretur: vt l. quod de suo. C. de do. cau. non nu. & C. de do. ante nup. l. j. & l. si diuortio. j. de ver. obl. quod dic vt ibi. Ergo habes ex hoc §. q ista verba, post nuptias, possunt intelligi duob⁹ modis: post nuptias, scilicet cõtractas: vel post nuptias, scilicet solutas. Et istud est argu. ad quæstionem de testibus discordãtibus [b], † quorũ quidam dixerũt fuisse ante nuptias, alij dixerunt post nuptias: vt reducantur ad concordiam [c] hoc modo, ante nuptias, scilicet finitas: post nuptias, scilicet contractas. & sic non erunt discordes: arg. huius ver. & quod hic not. Et idem si quidam testes dicũt ante guerram, & quidam post guerram: vt sit idem modus concordię. Ita tenet Ia. de Are. in l. in insulã. §. j. j. so. ma. & est tex. extra, de testi. c. cũ tu. Aduerte [d]: pro huius declaratione ponamus testes non discordare: sed omnes dicunt aliquid esse factũ post nuptias, vel post guerrã, vel omnes ante nuptias, vel ante guerrã: qualiter hęc oratio intelligat, vtrum ante nuptias, s. finitas: vel ante nuptias, s. cõtractas. & idem quæro de verbo post. Rñ. † Quãdoq; istę dictiones ante, & post, respiciũt terminũ instantaneũ: quia finitur in instãti: vt si dicatur ante mortẽ vel post mortẽ: qa mors in vno instãti est, vel nõ est: & tũc intellectus est clarus: quia ante significat tẽpus quod præcedit: & post significat tempus quod sequit: & ideo si plures simul decederent, ibi nullo modo caderent ante, vel post. l. quod de pariter. cũ l. seq. j. de reb. dub. facit l. inter socerũ. in prin. j. de pac. dor. Qñq; istæ dictiones respiciũt terminum, qui habet tractũ & durationem aliquã: & tunc qñq; iste tractus est ab incœptione, vsq; ad perfectionẽ illius actus, si ue termini: vt in hoc exẽplo, ante Calendas, vel post calendas, nã dies calendarũ incipit in mane, & perficit in sero. Idem si dico ante annũ, vel post annũ: nã annus incipit in prima die ẽius, et terminatur in vltima, & isto casu istæ dictiones debẽt intelligi ante calẽdas s. finitas: & post calendas, s. finitas: vt l. stipulationes nõ diuidunt. §. j. j. de ver. obli. vbi est expressum in tex. & gl. in l. qui ante calendas. eo. ti. & in l. eũ qui ita. §. qui ita. el. ij. eo. ti. & ibi not. ſm opi. Io. in l. libertas. §. fi. j. de manu. test. & l. si ita fuerit. la ij. in prin. & l. inter illã. in prin. & ibi no. j. de verb. sig. & sic cùm dico ante calendas, significo totũ tẽpus quod est ante eas finitas, de eo quod sequit nihil pono, cùm dico post calendas, significo totũ tempus quod sequit post eas finitas. Et de eo quod præcedit, nihil pono. Quãdoq; istæ dictiones adijciunt termino, qui habet tractũ, & durationẽ post suam perfectionẽ vt in hoc exẽplo post nuptias, & ante nuptias: nã post quã sunt nuptiæ, durãt donec alter moriat vel diuertat: & tũc intelligit ante nuptias, seu post nuptias cõtractas: vt l. sanci mus. C. de nup. hoc est verũ nisi causa cõtrarietatis euitandæ: tunc enim ante & post resoluuntur, vt idem tẽpus significẽt: vt hic vides, & ŝ. dixi. Sed tunc [e] in isto, secũdùm hoc semper est in potestate alicuius ex partibus, quid istæ dictiones significent: nã si omnes testes dixerint hoc fuisse ante nuptias: ego dico quòd imo fuit post nuptias: postea in conclusione dicat: Dñe iudex, reducatis ad cõcordiam dicta testium cum dicto meo: nam ipsi dixerunt ante nuptias: ego post nuptias: intelligatis dictum eorum ante nuptias, scilicet finitas: & dictũ meũ intelligatis post nuptias, scilicet contractas. & significet idem tempus causa contrarietatis vitandæ. Sol. dicit Inn. in c. cùm cõtingat. circa prin. de offi. deleg. q licet testes reducantur ad concordiam, ne incidant in contrarietatem, vt dictũ est, tamẽ † hoc nõ debet fieri qñ est contrarietas inter dictum testis, & dictum partis: quia dictum partis nullam fidem facit pro se: vt C. de proba. l. exẽplo. cum si. quod est no. Puto etiã prout ipse dicit ibi: sed non bñ explicat, q † ista concordia tunc est fien-

ope. nũ. & cõsi. xxiij. col. vij. vol. ij. Bar. in l. eos. in fine. ff. de fal. Rap. Cu. cõsi. lxxvij. in pe. col. Old. consil. cv. aliàs cj. Felin. in præe. Decret. col. iiij. in c. translato. de cõstitu. & in ca. ex parte. col. ij. de test. & in c. cùm tu. in ij. col. & Barb. cõsi. xij. in j. co. & in ij. vol. & aliq d p Nic. de Lyra Matthæi xxvj. in gl. i ver. ait illi Iesus. Bald. in c. causam quæ. de rescript. & in c. cùm tu. & in ti. de pace Cõst. in ver. opinioõis. ad fi.

☞ POMATES. ¶ Sed tũc insisto. Limita tamen hic, vt p eundẽ Bar. in l. si quis intẽtione ambigua. ŝ. de iudi. vide Alex. de concordia testiũ, consil. cxliij. ver. accedit. in ij. vo. Fel. in c. cùm tu. in ij. col. ver. tertia cõclusio. de test. & in ix. conclu. & in iij. colum. & in c. præsentium. col. iij. e. ti. Barba. cõsi. iij. co. vj. vo. j. & cõsi. xxv. col. v. volu. ij. Præpo. c. omnes leges. col. iiij. di. j. Ro. cõsi. clvj. & seq. Imo. cõsi. cj. & seq. & Ale. cõsi. lxxvij. col. ij. volu. i. & consil. cxvj. & cõsi. xxxiij. col. ij. eod. Fel. in c. cũ cõtingat. col. j. de offi. dele. Ale. consi. xiij. col. v. vol. ij. vbi dicit q reducũtur ad cõcordiã, etiã vt probẽt. & Ang. de Are. & ibi in addi. in glossi. in ver. falsariæ. col. v. versi. quæ sunt plures.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Secunda Bartoli ſuper Digeſto veteri.

2 ¶ Pares. Adde gloſ. in d.ca.cũ contingat. Barto.in l.Gallus.§. ille caſus. de libe. & poſthu. Bal.in l.in in ſulam.fol.matri. Bal. in capi.cum tu.& ibi Cardi.extra, de teſti. & Bald.in §.quibus. in j.conſti.C. contrarium eſt de mente gl. in c.noſtra.de teſtib. & in iij.quæſtio.iij. c.teſtes. Et hoc tenẽt do.Anto. & Abb.in capi.cũm tu. Ioan.de Imo.in l.inter ſtipulantem.§.j. de verbo. obliga.per tex.in d.c. cũm tu. Et cum hac opi. tranſit Alexã.tu adde quòd primam opi. ſequitur Petr.de Ancha. conſil.cccl xxxvij. & cccl xxxix. & Pau.de ca.in addi. hic ad ſuam lectu.& inquantũ Alex. tangit an teſtes reducantur ad cõcordiam,vt probent, vel vt falſum euitẽt: dic quòd Bal.iij.lib.conſi. cccxj.quidam A. tenet quòd non probent, idem ꝙ tenet conſil. xxvij.co.iij.lib.incipien. in quodam inſtrumento.vbi alleg. d.c.cũm tu.

b ✣ POMATES. ¶ Sed fictè. Quotuplex ſit mutuum,vide Pau.de caſt.conſi. cccxcvij.

c ✣ POMATES. ¶ Vtilia. Vide Roma.conſi.cccl.ij. Pau. de ca.cõſil.cccxcvij. Alexand. conſil.xiij. colũ.v. volu.iij. Arc. conſil.v Bald.conſil. lxxxvij.incipiẽ.quidam nomine.& cõſi. lxxxix.incipi.ad audientiam.cõſil.iij.& conſi.xx.in vij.colũ. Alexan.cõſil.clxxix. in j.colum.volu.ij.& conſi. cxxxij.in j.col. iiij.volu. Panor.conſi.xvij.colum.ij.vol. ij.Barba.vij.conſi.ij. volumi.Areti.conſil. lxiij.colum.ij.& cõſil.lxxxvj. colũ.ij. & Archid.conſi. vlti.in ij.colũ.& Soci.conſi. iij.col.ij.

d ✣ P. P A V. P. ¶ Fuit confeſſus. Sequitur Com. conſil. cxlvij. incip. venerabilis vir.in j.colum. vide omnino dominum Franci. Are.cõſi.iiij. vide Pau.de ca. conſi.v.vbi ponit an ſaltem procurator obligetur,& quid ſi dederit fideiuſſores. t Et ſingulariter concludit teneri. Ad qđ vide omnino Angel. in l.ad hæc venditio. C.de præd. cur.lib.x. Item vide circa iſtud dictum Feli.latè in c. ſi cautio.in pe.col.& ſeq.& etiam in præcedenti, extrà,de fide inſtrumen. Et pro deſenſione Bart.hic vide Feli.in ca.cũ olim.

a da,qñ probationes vndique ſunt pares[a]: ſed ſi alter haberet plures, & idoneiores teſtes,illis eſſet ſtãdũ. Cautius tamẽ faceret iudex† ſi iterũ pro teſtibus mitteret, vt qualiter dictũ eorũ intelligũt,declarẽt: vt not.in auth.de teſti.§.quia verò.in glo. magna.& extra,de teſti.c.cũ clamor.

a ✠ POMATES. ¶ Si natura. An aũt difficultas excuſet à periurio, vide doct. in c. breui. de iureiu. Fallit hoc q̃ imò difficultas bñ impediat morã: qñ quis promiſit factũ, ſi quis promiſiſſet ſe hominẽ preſentaturũ, dummodo nõ eſſet mortuus, vt eſt tex. in l. ſancimus. in prin. in verbo, nõ potuit. C. de fideiuſ. ſo. fallit etiã hæc regula qñ difficultas impedit morã quoties debitor negaret debitũ. ita dicit Bald. in ſimili in aut. cõtra qui propriã. C. de non num. pecũ. Adde etiã q̃ difficultas excuſat ab excõicatiõe. c. Odoardus. extra, de ſolutionibus. Vide Cremẽ. notabil. cxxj.

b ¶ Species. Adde ſecũdum Ioã. de Imol. q̃ hoc fallit in eo qui ſe obligauit ad aliquẽ præſentandũ, vt probatur in l. pe. in verbo, nõ potuit. C. de fideiuſſo. & ibi Bald. niſi impediret eũ caſu fortuito, puta mortis vt j. ea. l. circa fi. Et an difficultas excuſet à periurio, vide gl. reputatam ſingularẽ xxñ. q. ñ. beatus. per gl. & Bal. in c. j. de alte. feu. & in cap. j. §. porro. in tit. q̃ fuit prima cauſa bene. amittẽ. & in c. j. §. licet. ſi de feu. fue. contro. inter dñm & agnatum. Alexan.

c ¶ Morã. Adde Bald. idẽ tenẽtẽ hic in lect. antiqua. & Ange. & Ioã. de Imo. in l. continuꝰ. in §. illud. Ant. de But. Abb. & Imo. in c. breui. de iureiur. quoſdã tñ cõtrarium tenentes maximè in tertio membro vide hic per Alex. Adde tu q̃ licet opi. Barto, hic cõiter teneat, vt pedo. Alex. hic tñ cõtra eam videt facere tex. in c. Odoardus. de ſolu. & melius tex. in e. ſignificãte. de pigno. & in c. j. §. licet vaſallus. ſi de feu. fue. contro. inter do. & agna. & facit etiã tex. in l. ſi duo. §. ait prætor. ſ. de conſti. pecu. quæ iura omnino vide. & ſolutio Bar. ad l. Thais. §. j. nõ videtur bona: qa tollitur per tex. in l. ſi volũtate. C. d̃ fideicõ. lib. & etiã aliàs pro opi. Bart. ſuit inducẽ tex. in l. euictis. in §. j. de vſur. quam vide: quia facilis eſt reſponſio.

d ✠ POMATES ¶ Ad prædicta. Pro iſta ſolutione quòd quando quis tenetur ad quantitatem ſoluendam, & an dicatur obligatus ad factum, facit l. liber homo. la ſecundo. §. fina li, infrà de verb. & videtur textus pro opinione Barto. in l. mora. §. in bonæ fidei. infra de vſuris. dum vult filiumfamilias moram facientem teneri in ſolidum & vltra peculium. & l. a cùm filiusfamilias. in principio, infrà de verborum obligationibus. dum vult patrem teneri ex mora filij aut de peculio, quatenus ipſe erat obligatus ex ſtipulatione. quam tamen l. credo nihil ad propoſitum fa-

fi. §. de dolo. & per doct. in l. non moriturũ. C. de cõtrahẽ. & cõmit. ſtip. Si verò perit cãſu fortuito, tunc habet locũ lex iſta, vt diſtinguam⁹ an ante morã: & debitor liberatur: an poſt, & nõ liberat, vt hic. & ſic habes expeditũ prin. primæ glo. Iuxta hoc vltimũ dubitat, † an debeat diſtingui vtrũ res eſſent eodẽ modo peritura penes creditorẽ vel nõ. hic in gl. ponit opinio. & in l. mora. j. de vſur. Petr. hic & Cy. refert in l. in minorũ. C. in qb. cau. in integ. reſt. nõ eſt ne. Gul. de Cu. ponit etiã hic ſuã opi. quorũ opi. ego reprobo in l. nemo. §. j. j. de ver. ob. Ego dico vobis ſolum hic purãveritatẽ, & diſtinguo ſic: aut loqmur in actione reali: & tunc tene gl. quæ eſt in l. itẽ ſi verberatũ. §. fi. cũ l. ſeq. ſ. de rei ven. Aut loquimur in actiõe perſonali: & tũc aut in actione, quæ deſcẽdit ex delicto: & tunc ſine dubio nõ eſt adhibẽda diſtinctio an eſſet eodẽ modo peritura, &c. vt l. j. §. rectiſſimè. & l. merito. j. de vi & vi ar. & C. quod met. cau. l. j. & C. de fur. l. ſubtracto. Fallit in l. ſi cum exceptione. §. quòd ſi homo. ſ. quod met. cau. Ratio: quia ibi tenebat ad triplũ. Si verò obligatio pſonalis deſcẽdit ex cõtractu, vel quaſi, in hoc ſunt opi. Ego teneo opi. glo. q̃ nõ debeat adhiberi illa diſtinctio. Ratio, qa moroſus & fur æquiparantur

10 † vt l. inter ſtipulante. §. pen. & ibi not. j. de ver. obli. & vide tex. in l. meritò. in fi. j. de vi & vi ar. Sed in fure nullũ eſt dubiũ: vt ſ. dixi: ergo &c. facit l. cũ res. §. fi. de le. j. Ad l. ſi plures. j. depo. reſpõde vt in glo.

Ad rationes Vltramõtanorũ dic vt dixi in d. l. nemo. §. j. j. de ver. obl. Venio ad ſecundã partem, & videtur q̃ hæc duo quæ hic ponũtur, nõ ſufficiãt ad probãdũ morã, ſed requiratur interpellatio: † vt l. ſi

12 ex legati cauſa. j. de ver. obl. & j. de vſu. l. mora. Glo. j. in fi. huius l. fatetur cõtrariũ, & dicit q̃ hæc lex debet ſuppleri per illas gl. bene dicit. tñ in veritate arbitror Iuriſconſultũ ſic intellexiſſe. Ponit etiã pro cõſtanti q̃ debitor interpellatus noluit ſoluere: tñ hoc nõ ſufficit, niſi cõcurrant alia duo, quæ hic ponũtur in tex. ſ. q̃ potuerit ſoluere, & intellexerit ſe debere. Et p̃pter hoc quod ibi dicit de interpellatiõe, quidã intrãt hic materiã interpellationis. & vtrũ euẽtus cõditionis interpellet p̃ homine, ſicut euẽtus dieiꝰ: qd̃ hic recitat Gul. & Cy. ponit. in l. in minorũ. C. in qui. cau. in integ. reſt. nõ eſt ne. Ego iſta oĩa examinaui in l. quoties in diẽ. j. de ver. ob. Procedo vlterius: hic dicitur q̃ requirit q̃ debitor habeat facultatẽ dãdi.

13 † Contrà: difficultates nõ impediunt obligationẽ: vt l. cõtinuus. §. illud. j. de verb. ob. Huius timore dicunt quidã q̃ reus dicit habere facultatẽ, ſi res debita eſt in rerũ natura: vt ſic nõ inſpiciat facultas ſeu difficultas perſonæ, ſed naturę. [a] Alij dicũt quod hic ponit Iuriſconſultus id, quod poſuit ad

cere, ſi bene aduertatur ad eam. Vide Alexandrum in l. ſi pater. C. de collationibus.

e ✠ POMATES. ¶ Liberatio. Dicit tñ do. Frã. de Curte audiuiſſe ſe à dño Orlãdo Curtio & domino Iacobo Puteo præceptoribus ſuis, quòd hoc non procederet in procuratore ſpeciali: quia tunc non poſſet prætendi ignorantia: per not. in l. ſi res obligata, de leg. j. q̃qua ipſe dicat ſe nũq̃ poſſe colligere hoc ex ibi notatis: tũ ego credo q̃ ibi hoc ſatis bene poſsit colligi in gloſſ. in verbo, neſciat. vbi non dixerat.

✠ POMATES. ¶ Vento. Limita, niſi eſſet factũ de antiquo, & multum implicatum, prout voluit Bartol. in l. ſi res obligata. j. de lega. j.

g ✠ POMATES. ¶ Lege ſi. Eãdẽ practicã ponit Bart. in l. nõ ſolũ. §. morte. iñ. qõ. ff. de noui ope. nunc. Idẽ Bart. in l. quidã decedens. ff. de admi. tuto. Spec. in tit. de appellatio. §. qualiter. Adde Petr. de Auehara. conſil. cccl xxj. Bart. & alios in l. ſi ſeruũ. §. nunc videamus. ff. de verbor. obligat.

¶ No. tñ q̃ ſi allegarẽ tibi inſtrumẽtum debiti, & tu de eo peteres copiã cũ termino ad opponendũ, teneor illam tibi dare, quia nullũ inſtrumẽtum publicũ, etiã in iudicio productũ, p̃bat, ſi de eo parti etiã non petẽti non datur copia cũ termino ad opponẽdũ. Ita Bar. in extrauag. ad reprimẽdũ. in verb. de plano. per text. in l. fi. C. de fide inſtr. Ro. cõſi. clvj. vbi exclamat illud dictũ Bar. & cõſil. xxij. & conſil. cccccxix. & Bal. in d. l. fi. Anchar. cõſi. cccl xvj. inci. pro declaratione triũ q̃ſitorum. Sal. in dic. l. fi. quod nota & intellige hoc, qñ inſtrumẽ tũ induceret ad probandũ: & tũc ſemper ſit neceſſe dare copiã eius, ẽt ſi nõ petatur. Si tũ ad interpellandũ ſuccederet: tũc ſufficit vt oſtendat. Aut dare copiã, niſi pars vbi legiſſet, pereret ẽt copiam, vt vult hic Bar. & clarè probat in d. Clemen. cãm. Et pro cõfirmatione dictorũ Bartol. hic vide quod not. Bartol. in l. quidam decedẽs. §. fina. ff. de adminiſt. tut. quod not. Spe. in tit. de appel. §. qualiter. ver. cautus.

h ¶ Oſtendam tibi. Adde ex verbis Bartoli hic habes quod ille qui habuit copiam inſtrumẽti, non põt prætendere ignorantiam cõtentorum in inſtrumento. Ille enim dicitur aliquid ſcire, quomodocunque illud ad eius notitiam peruenerit Ita Ioan. Andre. in cap. licet. in fine de ſup. negli. præla.

oſtẽdẽdũ maiorẽ cõtumaciã, nõ q̃ hoc ſit neceſſe. Sed iſta ſol. diſplicet: qa imò recte Iuriſcõſultus hic poſuit, oſtẽdẽs q̃ ſit neceſſe. Vnde alij dicũt q̃ difficultates nõ impediũt cõtrahi obligationẽ: vt l. cõtraria. ſed moram cõmitti ſic. Caſus eſt hic. Hęc eſt vera ſol. & multũ not. hãc tenebat dns Iac. alleg. l. ſi vehẽda. §. pe. j. ad legẽ Rho. de iac. ſed ibi loquit in eo, qui tenet ad factũ, nõ in eo q̃ tenet ad dandũ. Rogerius verò, Petr. & Cy. hic aliter dicũt: aut difficultas ſuberat tẽpore cõtractę obligationis: & nõ nocet, vt in l. cõtraria. Aut ſupuenit ex poſtfacto: & tũc impedit morã. Ita loquit hic. Hæc diſtinctio non placet, per l. cũ ſeruus, & quod ibi no. j. de lega. j. Et ideo circa materiã de difficultate, ſolũ

14 hoc examinabo nũc, an † difficultas impediat morã. et dico ſic: Aut in obligatione eſt factũ: & indiſtinctè difficultas impedit morã: vt l. ſi vehẽda. §. pen. j. ad legẽ Rho. de iac. & l. j. §. iubet. ĩ verſi. ſi frater. j. de colla. bo. etiã ſi fuerit iuratũ: vt extrà, de iureiurã. c. breui. Aut eſt in obligatione dari, ſeu datio: & tunc aut debetur ſpe-

b cies, [b] & difficultas impedit morã cõmitti. Caſus eſt. hic, & in l. cũ ſeruus. j. de leg. j. & l. cùm res. in prin. eo. tit. Aut eſt obligatio quãtitatis: & difficultas nõ impedit

c morã [c]. Licet enim in perpetuum debitor nõ poſſet cõgregare pecuniã quã debet: tamen in mora cõſtituit, vt d. §. illud. Si enim debitorẽ nõ excuſat caſus, vt d. l. incendiũ. & ſ. dixi: multò minus difficul-

d tas. Nec obſtat ad prædicta [d] l. Thais. §. j. j. de fideicõmiſſ. liber. qa ibi reſpectu ſerui non erat datio quãtitatis in obligatione: ſed eius reſpectu debebat factũ, ſcilicet ſolutio ſeu liberatio [e]. Tene ergo tertiã ſol. hic poſitã &c. circa materiam diffi-

e f cultatis dic vt d. §. illud. Venio [f] ad vltimum: dicitur hic quòd ad morã ſufficit ſe debere ĩtelligere. licet nõ intelligat. Cõtrà. j. de regu. iur. l. qui ſine dolo. Reſpõdeo, ſubaudi ibi ſine dolo vel lata culpa. Requirit ergo q̃ intelligat, vel intelligere debeat ſe debere. Et p̃ hoc docui † vos

15 pluries qualiter debeat fieri interpellatio & proteſtatio. Nam ſi quidẽ tu es debitor ex facto tuo: ſufficit q̃ ego denũciem tibi quod ſoluas. Nã cùm ex facto tuo depẽdeat, tu intelligis vel intelligere debes te debere, vt l. quãquam. j. ad Velleianum. Sed ſi tu eſſes debitor ex facto alieno, vt quia hęres vel procurator tuus promiſit, tunc ad cõſtituendũ te in mora non ſuffi cit ſimpliciter denũciatio, qa non intelligis, nec intelligere debes te debere, quia in facto alieno eſt tolerabilis ignorantia, h

g vt j. pro ſuo. l. fina. [g] & ideo eſt neceſſe q̃

h oſtendam tibi [h] inſtrumentum debiti, & legas: vel dem tibi copiam. Hoc probatur j. depoſi. l. ſi quis inficiatus. & de reg. iur. l. qui in alterius. & ibi gloſſ. & extra, de elect. c. cauſam. in Clemen. & ſic fecí

Universidad de Deusto
Biblioteca

Secunda Bartoli ſiuper Digeſto veteri.

a ✠POMATES. ¶Quęro. Addequod no.Bal.in c.cũ tu.extra de teſtib. & quod dixit gl.in Clem.fi.in gl.pe. extra de reſcri. de qua facit mẽtionẽ Bar. in legibus hic p 16 eũ alleg. & in l. is q. de iure fiſci. quã reputat ſingularem. in l.ſi minorẽ. Bald.C.de in inte.reſti.mino. Adde gl.in l.ij.quã no.Item Bar.& Sali.C.de pet. hære.& not.Bar.in l. matrẽ tuã. hic alleg.

b ✠POMATES. ¶Si actor. Vide Aret.cõſi.l.& cõſi.cxx. inci. hic videtur procedẽdo in quibus nõ poſſumus hic verificare dictum Bart. cũ loquitur in re mobili,& in eo, qui nõ habet cauſam ab actore,&c. Hanc eandem opinionẽ tenuit glo. Cy. & Bart.in l. ſiue poſſideris.C.de prob. & eſt optimus tex.in c.cũ propoſuit. tũcta gl.de cler.excõmu., p a opinione Bar.quã tamen credo non poſſe ſtare: quia ad hoc vt ex pretio domus in præſentiarũ dominiũ præſumatur, requiritur quòd poſſidẽs habeat eã ab actore: vt voluit Bart. d.l. non ignorabit. an quod poſſideat rẽ immobilẽ,vt voluit Spe.poſt Vber.de Bob.in titu. de pact.§.j.verſi.quid ſi ago.

c ¶Continuata poſſeſſio. Aduerte tu,et ad- b de q id,quod dicitur per Bar.hic, q præſumatur cõtinuata poſſeſſio, habet locũ quã c do allegat ad fauorẽ ſuũ: ſed ſi quis negaret ſe poſſidere, non præſumereť, vt habetur in l. ſiue poſſideris.C.de proba. Et ad text.in l.non ignorabit. Reſpõde q debet intelligi qñ à debitore nõ ſit probatus caſus,ad quẽ pertinet probare. Sed hoc ponimus probatũ:ergo &c. Cogita,quia nõ ſine myſterio Bar. loquutus eſt hic p verbũ forte.& vide in d. l.ſiue poſſideris.

d ✠POMATES. ¶Quæro. Inquantũ Bar.loquitur in manumiſſione, non bene loquutus eſt quia imò,vt ipſe ſibi contrarius ſ conteſtatur in l.ſi ſeruum.§. de illo.j.de ver.oblig.non e ſpectaret periculũ ad f eum, quando ignorans manumiſiſſet.

e ¶Caponum. Adde Bar.in l.j.§. ſi plures. ſi quadru.pau.feciſ. 1 di.& in d.l.qui decẽ. §.fin.hic allegata. Et 2 vide eundẽ Bart.in l. cũ de lanũis.in prin. j.de fun.inſtr.vbi ſta- 3 tutum de ſoluẽda ga

fieri pluries in ciuitate iſta. Oppo. de l. videamus.§. ſi actionem.j.de vſur. Solu. hic ponitur vnus effectus moræ, ſcilicet quo ad interitum: ibi ponuntur alij, ſcilicet quo ad fructus & quo ad vſuras. De quibus dic vt l.morã.j.de vſuris. †Pro declaranda l.quæro, quomodo practicabitur hæc lex? Reſpondeo,actor petit Stichum: ſi reus non opponat de morte vel difficultate: proceſſus eſt planus: qa reus condemnabitur, & habebit tẽpus, quod datur iudicatis ad ſoluendum, ſecundum quod habetur Inſti.de inuti.ſtip.in fi. Vidobitis j.de conſtit.pecu.l.promiſſor Stichi. Si reus diceret Stichum eſſe mortuũ, & probaret: tũc adhuc prima petitio ſtat: quia homine mortuo adhuc ipſe homo peti debet: vt l.ſi ſeruum. in fi.j. de verb. obligatio. ſed tunc actor habebit neceſſe probare ipſum eſſe mortuũ poſtquã reus fuit i mora. quod probabit eo modo quo ponitur hic, probando quòd reus habuerit facultatẽ dandi,& q intellexerit ſe debere, vel intellígere debuerit,& fuit interpellat⁹ legitimè, vt videbitis hic. Quæro[a] quid ſi dubitetur, quia reus probauit mortem, & actor interpellationẽ, & alia quæ ponuntur hic: tamen non apparet vtrum ſeruus fuerit mortuus ante interpellationẽ vel poſt: Certè reus abſoluetur. Nam actor habet probare q reus habebat facultatẽ eo tẽpore quo debebat ſoluere: hoc eſt, tũc cùm interpellabatur. Ita debet intelligi hic: aliàs in dubio ſequeretur abſolutio: vt l.eũ actũ.in fin.& ibi not. ſ.de nego.geſt. & in l.non ſolum.§.ſeq.vt d.probari.& ibi etiam not.ff.de oper. no. nun.facit quod no. C.de proba.l. matrem tuã. Fortè tamẽ ſi actor[b] probaret debitorẽ tẽpore cõtractæ obligationis poſſedиſſe rẽ: præſumitur ſemper cõtinuata poſſeſſio[c] apud eũ, donec probetur contrariũ. quod dic vt l. nõ ignorabit. C. ad exhiben. Quęro: dicitur hic, aut dolo malo fecit quò minus haberet, quomodo hoc intelligiť. Certè nõ intelligas q occiderit, vel manumiſerit, vel rẽ debitam extinxerit: quia tũc indiſtinctè eius eſt periculũ: Nec curo vtrũ ſciuerit vel ignorauerit ſe debere: vt l. ſi ſeruum.§. de illo. aliàs eſt ver.in §.ſi res.de verb.ob.& Inſti.de leg. §.ſi res legata. ſed intellige, q eũ facit abſentare vel fugere: vt l.cùm res in princ.j. de leg.j. Quæro,[d] quid ſi res debita nõ 17 apparet perẽpta, †ſed quid de ea ſit ignoratur? Certè ſi debitoris culpa vel mora præceſſerit: idẽ quod in morte. aliàs debet debitor præſtare cautionẽ de ea præſtanda cũ eã inuenerit: vt l.ſeruo legato. §.fi.j.de leg.j.& l.cũ res.§.pe.eo.tit. & qđ 18 no.in l.cũ ſeruus.e.ti. Quęrit hic †Gul. de Cugn.ſi ego debeo tibi vnũ par caponum, [e], an poſſum tibi dare mortuos[f]. Et determinat q nõ: quia debeo dare in tali ſtatu q ego poſſim eos dimittere in ſua libertate: vt j.de ſolu.l.qui decem.§.fi.Bar.

4 *Si decem ſalmæ boni uini debentur ex mutuo, quòd dicitur certum, & competit condictio.*

g CErtum. §Iſtud eſt certũ, qđ apparet quid, quale, quãtúmve ſit, h.d. Primò ponit dictũ. Secundò pro- g bat per authoritatem Pedij. Secunda ibi; 1 nam & Pedius. Opp. †q inter nomina propria & appellatiua ſit differentia: vt l. quoties.j.ad Treb.& l.ſi ſeruus cõmunis. j.de ſtipu.ſer. Sol. quantũ ad oſtendendũ quõ rem certã nõ eſt differẽtia inter noĩa propria & appellatiua, vt hic: ſed quantũ ad alia bene eſt differentia, vt in contrarijs.

Quæro, ad quid ponitur hic hæc lex? Quidã dicũt ad exponendũ illud verbũ, h ſi certũ petatur, poſitũ in rub. vel aliter ad exponendũ illud quod dicit de certi cõdictiõe. Nã hic ponit certũ ſimpliciter, put referť ad mutuũ, dũ dicit de quãtitate: & prout referť ad alios cõtractus, dũ dicitur de ſpecie, & de omnibus, in quibus dicit 2 aliqd eſſe certũ. †Quæro, ſi promitto tibi dare decẽ ſalmas boni vini, an iſta ſtipulatio dicit cõtinere certũ? Quidã q ſic. Veritas in cõtrariũ: nã hæc adiectio qualitatis boni vini, nõ ſignificat certũ quid: quia melius & optimũ bonũ eſt: & ideo vt eſſet certa qualitas, deberet dici opti- i mi vini: vt l.vbi autẽ nõ apparet.in princ. j.de ver.ob. Quæro, ad quid eſt neceſſaria iſta inueſtigatio, vtrũ tales ſtipulationes cõtineãt certũ vel incertũ? Rñ. †quãdo cõtinent certũ, 3 datur certi cõdictio: vt j. eo.l.certi cõdictio.in prin. ſed qñ incertũ cõtinent, datur actio ex ſtipulatu: vt Inſtit.de verb.obli. in prin. Et ideo qñ promitto decẽ ſalmas boni vini, nõ dať certi cõdictio: quia eſt incertũ quod petiť. Et hoc verũ qñ debetur 4 ex ſtipulatiõe ſimpliciter: ſed †ſi vinũ deberetur quia mutuatum: tũc ſemper cõtinet certũ: quia ſemper debetur eiuſdẽ bonitatis: vt ſ.eod.l.cum quid. Ideo pro mutuo ſemper competit certi condictio: vt in ſti.quib.mod.re contra.ob.in prin.

1 §☞ *Pecunia quando legatur, quòd dominium non tranſit in legatarium recta uia.*
2 *Dominium ſuperueniens authori meo quando proſit mihi ut res mea efficiatur.*
3 *Hæres pecuniam legatam ſub conditione quando poterit mutuare.*

7. OMnia. Mutui datio põt ſuſpẽdi in euentum cõditionis expreſsè vel tacitè. h.d.cũ l.proinde. Et diuiditur: quia primò ponit dictũ in genere. Secũdò illud exẽplificat in cõditione expreſſa. Tertiò in cõditione tacita. Secũda ibi l. proinde. Tertia ibi: itẽ ſi legatã. Opp. †quã- 1 do legatur pecunia, nõ trãſit dominiũ rectavia in legatarium: vt no.in l.ij.C.cõmunia de leg.in verſi.in rẽ actiones. & in l.ij. C.de cõdi.ex leg. ergo exẽplũ hoc ſecũdo loco poſitũ nõ procedit. Sol. dicit Iac.de Are. q hic fuit legata pecunia in ſpecie: vt hic in gl.parua.& l.ſed & ſi certos.j.de leg.j. aliàs nõ diceretur hæres mutuare pecuniã legatã. Nã quãdo legať in genere, nõ 2 eſt magis debita iſta pecunia, q illa. Oppo. † ſecũdò quãdo dominiũ ſuperuenit authori meo: illud nõ prodeſt mihi vt res mea efficiatur: vt l.apud Celſum.§.ſi à Titio.de doli excep. & ſ.de rei ven.l.ſi à Titio.& j.de exceptio.rei tradi.vel vendi.l.ſi à Titio. Licet ergo dominiũ ſuperueniat hæredi, tamen non acquiritur dominiũ recipienti. ergo nõ eſt mutuũ: vt l.ij.§.appellata.ſ.eod. Sol.hic loquitur quãdo ſuperuenit dominiũ ex cauſa quæ retro trahitur per fictionẽ, vt hic dicit text. quia ex die aditæ hæreditatis vidẽtur nimi fuiſſe hæredis. Secus quãdo dominiũ ſuperuenit ex cauſa, quæ retro non trahitur, vt in cõtrarijs.& no.gl.in l.ſi quis alienã.j.de actio.empt. Quæ- h ro: hic dicitur in fin. cùm legatũ repudiatum[h] ſit aut appoſitũ. quid eſt hoc dictum? Dicit gl. appoſitũ intelligo, id eſt in conditionis defectum. Iſta expoſitio non procedit: quia ſi nos ponimus legatũ ſub conditione: dominiũ non tranſit in legata- i rium conditione pendente, ſed eſt hæredis[i]: ergo hæres inte- 3 rim poterit †mutuare: licet quidam hodie dicant contrarium

per

P. PAV. P. ¶Dare mortuos. idẽ Bart. in l. ſi qui arietes.§.fin. ff.ſi quadru. pau.feciſ.dica.

✠POMATES. ¶Certum. Vide ad iſtam l.Aretin.conſi. xxvij.in j.col. & cõſil.ccclxxxv.& cõſil. cccxxxix.Alexã.in l. vbi autem non appa ret.ff.de verb.obli.& in cõſilio lxxx. colũ. iij.ad fin.volum.j.& conſi.cxlvij. col.pen. vol.ij.& Panor. cõſi. xxvij.vol.j.

¶Repudiatũ. Adde ſecundũ intellectum Sali.quod legatarius repudiando onus legato adiectũ cẽſetur repudiare legatũ qđ dicit cordi tenẽdum. pro hoc etiã dicit facere l.ſi ea.C. de cõdi. inſer.& l.fin. C. de fideicom. & l. minor xxv. annis ſeruum.ſ. de mi. Alex.dicit melius facere l.neſenni?. in fin l. cum ſequen. infrà de excuſatione tuto.

¶Hæredis. Adde q doct.communiter ſequuntur Barto.exce. Sali.& Ro.

per aut. res quæ. C. communia de leg. & est falsum, vt ibi dixi, & ibi etiam per docto. expone ergo, aut appositum, id est, acceptatum: & tunc retrotrahitur seu retractabitur numeratio facta per hæredem.

1 ☞ Certi conditio quòd sit duplex, scilicet una generalis & alia specialis. & nume. 3.
2 Actionis diuersitas & qualitas quòd cognoscitur ex medio concludendi.
4 Libellus in certi condictione.
5 Certi condictio à condictione triticaria & condictione sine causa in quo differat.
6 Condictio incerti quòd non sit generalis ad omnia.
7 Certi condictio in quo differat ab actione in factum subsidiaria.
8 Causa quòd differat ab obligatione & actione: & quid sit causa, obligatio & actio. Certi condictio quòd sit natiua.
10 Certi condictio quòd fuerit introducta utilitatis causa.
11 Certi condictio quando sit temporalis, & quando perpetua.
12 Certi condictio an crescat per inficiationem sicut actio principalis. & nu. 14.
13 Accessorium regulatur secundùm primordialem naturam principalis.
14 Contractus certus dicitur, quando ex ipsius conceptione appparet iure manifesto q̃ certum debetur, nec est uariabilis ex potestate debitoris, uel rei natura.
16 Contractus incertus est, quando ex ipsius conceptione iure manifesto certum non apparet, uel est uariabile ex potestate debitoris uel ex natura rei.
17 Certi condictio an competat ex omni contractu, ex quo certum petitur.
18 Certi condictio quòd competat contra furem.
19 Ille qui tenetur ex empto, an contra ipsum detur certi condictio.
20 Qui tenetur actione ex empto, an teneatur ad factum purum: ubi quòd non.
21 Venditor quòd teneatur præcisè ad tradendum, si potest. & nu. 24.
22 Venditor si est dominus, tenetur ad transferendum dominium. & nu. 23.
25 Stipulatio rem tradi, & quælibet stipulatio facti, dicitur contineri incertum.
26 Certi condictio quòd non competat, quando in obligatione est rem restitui.
27 Quando quis est obligatus ad dandum contra eum competit certi condictio.
28 Certum ex incerto contractu quomodo petatur.
29 In obligatione facti quando possit agi ad factum præcisè. remissiuè.
30 Certi condictio quòd detur quando agitur ad interesse. nu. 40.
31 Interesse quando petitur, quòd non sit necesse in libello exprimere certum quantitatem.
32 Quomodo cognoscetur an in libello sit intentata certi condictio generalis, uel specialis.
33 Causa remota, quòd in actione personali in libello poni debeat.
34 In obligationibus in diem, an ante diem sit nata actio remissiuè.
35 Certi condictio quòd ex obligatione in diem, uel condictionali non oritur ante diem uel condictionem. & nu. 37.
36 Interusurium medij temporis quòd sit incertum.
38 Certi condictio quòd competat pro legato.
39 Certi condictio quòd competit habenti utile dominium.

9.

CErti condictio. Famosa est lex ista, nec difficilis in tex. sed bene in gl. & breuiter. h. d. Certi condictio cõpetit ex oĩ cã, ex qua certũ petitur, siue ex cõtractu vel quasi, siue ex maleficio, vel quasi vel quomõcunq;. h. d. vsq; ad §. qm̃. Et diuidit in quinq;. Primò dicit q; certi cõdictio cõpetit. Secundò ex qua cã cõpetit. Tertiò ad qd. Quartò qñ. Quintò ponit de hoc plura exẽpla. Secũda ibi: ex omni causa. Tertia ibi: licet em̃. Quarta ibi: dũmodo. Quinta ibi, cõpetit. Quæro, dicitur hic, certi condictio cõpetit: quæro vtrũ sit tantùm vna certi condictio, vel
1 plures? Glo. hic dicit q; plures. †Nam quædam est certi condictio generalis, quæ habet locũ vbicunq; certũ petitur, vt hic. Quædam est certi cõdictio specialis, quæ cõpetit pro mutuo: vt s̃. l. ij. in princi. & §. j. vide istam gl. Aduerte: quia subtilis & pulcher passus est. Idẽ tenet gl. Insti. quib. mod. re contra. obl. in prin. & idẽ s̃. eo. super rub. ex qua istud probat. Dicit enim rubrica de re. cre. quod est generale. & subdit, si certũ pet. hoc est mutuũ, quod est speciale. Postea dicit de certi condictione. & debet intelligi, s. generali: quia de speciali locutus erat. Ita intelligit glo. super rubrica. Mar. hoc fatebatur, & addebat q; erat alia certi cõdictio specialis, scilicet ex stipulatu: vt j̃. eo. l. si quis certum. Insti. de verb. oblig. in prin. quæ opinio recitatur in secunda glo. huius legis. Alij fuerunt in contraria opin. q; non sit nisi vna tantùm certi cõdictio generalis. & ista opi. tangitur in gl. Rubricæ. & firmatur per gloss. in l. quoties. j̃. de præscrip. ver. Vltramontani, scilicet Iac. de Ra. Pet. & Gul. de Cu. hic, & Cy. C. eo. super rubrica. & etiam Iac. but. tenebant istam opi. quòd esset tantùm vna certi condictio: quia non reperitur iure cautum, quòd sint plures: ergo &c. Præterea, hoc videtur expressum j̃. ea. l. §. quoniam. vbi dicit, q; pro mutuo cõpetit hæc certi cõdictio generalis. Præterea leges semp vtũtur isto vocabulo in singulari, s. certi cõdictio, & non dicunt certi cõdictiões. Præterea, si essent diuersæ, quare idẽ no
men haberent: vt l. si idem. C. de codicil. Præterea dicunt ipsi, & est fortior ratio
2 quã ipsi faciant: diuersitas † actionũ co=
a gnoscitur [a] respectu medij per quod in actione cõcludit: vt in actione ex empto, concludo cõtra te, quia emi: & in actione ex locato, quia locaui. & sic de similibus. Qñ ergo idem est mediũ concludẽdi, erit vna actio in genere. Sed vbicũq; proponitur certi cõdictio, mediũ, per quod cõcludit in ea, est, quia certũ petitur, vt hic: ergo est vna tantũ generalis. Et si diceret q; sunt plures, sequeret q; quot sunt causæ tot essent certi condictiones speciales: quod est absurdũ. Tenent ergo isti doct. q; est vna tantũ certi cõdictio generalis, quæ non habet sub se species, sed tantũ in
3 diuidua. † Mihi videtur q; opi. glos. no=
b stræ sit vera. [b] & q; sit vna certi condictio specialis pro mutuo. Primò, quia hoc dicit tex. expresse Instit. qbus modis re cõtra. obliga. in prin. si bene aduertatur. Secundò, quia tex. videtur velle, q; hæc certi cõdictio oriatur ex illa parte edicti, si cer
c tũ petatur. l. j. in prin. j̃. de tri. cuius edicti verba exponunt in hoc tit. & ibi assumitur certũ, hoc est mutuũ: vt not. s̃. eod. sup rubri. Quãdo ergo dicitur certi cõdictio specialis, idẽ est dicere quod mutui condictio: sed qñ dicitur certi cõdictio generalis, dictio certi, tũc stat propriè p̃ omni certo: & sic apparet q; veritate inspecta non est idem nomẽ. Præterea probo, lex dicit q; eodẽ modo, quo petitur mutuum, petit indebitũ: & eodẽ modo cõtrahitur: vt Instit. quibus modis re cõtra. obli. §. j. sed pro indebito competit specialis con=
d dictio indebiti: ergo pro mutuo cõdictio mutui, quæ est idẽ quod certi cõdictio specialis. Absurdum enim esset dicere, q; ex cõtractu mutui tam frequẽtato non oriret specialis actio. Per hoc apparet responsum ad istud quod dicebã, q; nõ reperitur lege cautũ: & quia si essent diuersa, non vocarent eodẽ nomine: quia, vt dixi, rectè intelligẽdo non est idẽ nomen. Nõ obstat §. quoniã. quia concedo quòd pro mutuo competit mutui condictio specialis, & certi cõdictio generalis, sicut in alijs cõtractibus: vt in cõdictione indebiti. & sic non obstat q; dicũt,
c quòd idem est mediũ concludendi [c] in omni certi cõdictione: quia nego istam. Nam in certi condictione speciali, quæ est idem quod condictio mutui, sufficit cõcludere: quia mutuaui, ideo peto, &c. nec est necesse quod exprimatur: & quia hoc est certum, &c. Sed in certi condictione generali necesse est quòd exprimatur, quòd hoc est certum. Debeo enim dicere: dico qd tibi mutuaui centum, vel teneris mihi ad centum pro pretio, talis rei venditæ, vel ex causa legati: & quia hoc est certũ, ideo peto te condemnari. Ex hoc apparet quòd intentatur certi cõdictio generalis. Cõcluditur enim per hoc medium quòd hoc certum est. Sed in certi condictione speciali ex mutuo, concluditur per hoc medium: quia mutuatum est. vnde diuersa sunt media concludendi. An autem certi condictio ex stipulatu sit condictio specialis: dicam in sequenti glo. Et ista possunt esse
4 vtilia ad q. Aduocati † huius ciuitatis sentientes se peritos cõstituerunt, quòd in libello proponeretur actio, nec proponeretur generalis quando competit specialis. Certè in mutuo quid debeat proponi: patet ex prædictis. Itẽ ad aliud pone, dedi cõtra te libellum repetens mutuum, liberaui te ab actione intentata remanente causa, & omni alia actione q̃ mihi ex illa causa competeret. Certè si est vna tantùm certi condictio generalis pro mutuo: nulla alia actio remaneret: sed si plures essent, & potest remanere vna. & sic vides q; ista subtilitas in practica
5 reducitur. † Quæro, in quo differt certi cõdictio à cõdictione
d triticaria, [d] & cõdictione sine causa. Respõ. cõdictio sine cau=

a ¶ POMATES. Cognoscit. Facit q; hoc tex. l. nõ debet. in fi. §. de dolo. & i c. l. fræ. & ibi Cano. de dila. & vide ad hoc Alex. con. cxvij. j. col. ij. vo. Barba. consi. xxxvij. in xiiij. col. ij. vo. Cal. cõ. v. in tit. d accu. incip. quis denunciat. Panor. in c. examinata. vj. col. de iudi. Barba. con. j. ix. col. ij. vo. & con. x. cõ. ij. co. vo. & Fe. cõ. xxiij. & Panor. c. ex parte B. in ij. notabili, d foro cõpe.

b ¶ Vera. Adde q; cum opi. gl. cõcordãt Dy. Salic. Bald. in rub. ĩ. eod. Bar. in rubr. C. de re. cred. Ros. in libellis suis in libello de certi cõdictio. Spe. in titu. de obl. & so. §. sequitur. in prin. Bal. et Bart. in rub. C. eo. cõfirmat Alex. per text. Insti. de verb. obli. in prin. vide vt per eum.

c ¶ Concludendi. Ad de q; diuersitas actionũ cognoscat ex medio cõcludendi, text. in l. non debet. in fi. §. de dolo: & ibi doct. & in c. litere. extra de dilatio. & Anton. de But. in notabilib⁹ in c. ex parte. de foro cõpe. & in c. fi. de iudic. Bart. in l. interdũ. j̃. de cond. inde. Ange. in l. naturaliter. §. nihil commune. in v. lect. de acquir. posses.

d ¶ Triticaria. adde de hac, vt per Ioan. An. in addi. Spe. in titu. de ob. & solu. §. sequitur alia quoque.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ Veritas eſt. Adde tu quæ ſit vtilitas huius inueſtigatiõis. Et vide gl. quam pauci ſciunt, in l. cũ precario. ĵ. de precario.

b ¶ Vtilitatis. Add Io. And. in d. §. ſequit. circa princi. in addi. prima magna.

c ✠ P. P A V. P. ¶ Hæc actio. vide Iaſo. in §. fuerat. ĩ iĵ. col. in princ. de actio. vbi alleg. Bal. in quibuſdam locis exclamantem hanc glo.

d ¶ Ex ſua primordiali. Adde tu ad Barto. hic, q̃ acceſſoriũ regulet ſecũdũ primordialẽ naturã principalis, & vide Aretin. in c. j. colũ. antepe. & ſeq. de iudicijs.

e ¶ Quòd licet illæ actiones. Adde tu q̃d contra Bart. hic, qui videtur velle q̃ certi cõdictio, quæ oritur ex cõtractu bonæ fidei, ſit ſtricti iuris, & habeat eius naturã, facit: nã ſtipulatio eſt ſtricti iuris lege, quicquid aſtringendæ. ĵ. de verbo. obli. & tñ ſi vniat cõtractui bonæ fidei, propter ſolã vnionẽ ſapit naturã bonæ fidei. Caſus eſt in l. ſi ſtipulatus. in fi. princi. ĵ. de vſu. vbi ſi emerã à te fundũ, & poſtea ſum à te ſtipulatus dotẽ dari, & vacuã poſſeſſionẽ tradi in tantũ tenet venditor ex ſtipulatione, quantũ ex empto: & ideo fructus veniunt. Et hoc idẽ dicit gl. in l. ſi quis cũ aliter. ĵ. de verb. obl. Si ergo hoc eſt in ſtipulatiõe, quãto magis debet eſſe in certi cõdictiõe generali, quæ orit ex ipſa materia præexiſtẽte, quæ eſt bonæ fidei: ergo erit bonæ fidei. Et ad text. in §. actionũ. reſpõdetur q̃ licet ibi non numeret inter actiones bonæ fidei. nã & hoc euenit in alia actione: vt eſt actio ex teſtamẽto, quæ habet inſtar bonæ fidei, vt dicit text. apertus in l. in minorum. C. in qui. cau. in inte. reſti. & tamẽ nõ cõnumeratur in §. actionum. Sed ſaluãdo Bar. põt dicere, primò ad text. in d. l. ſi ſtipulatus. q̃ ibi idẽ: qa ſtipulatio eſt appoſita, vt tradatur poſſeſſio vacua fundi empti, et ſic ꝓpter illud verbũ, vacuã poſſeſſionẽ tradi, veniũt fructus: quia petit id, q̃d ex empto peti poterat. Vbi dicit text. q̃ propter illud eſt, q̃ parrus venit, nõ aũt propter ſtipulationem. Et ſi illa verba ibi non eſſent tex. ille probaret oppoſitũ vt patet ibi: qa dicit, ſed tãtũ propter ſa eſt generaliſſima. Cõpetit enim ad certa, & incerta: vt ĵ. de condic. ſine cauſa l. j. condictio triticaria eſt generalior. cõpetit enim ad certa, & incerta, præterq̃ ad pecuniã numeratã. vt l. j. ĵ. de tritica. Certi cõdictio eſt generalis: cõpetit enim ex omni cauſa, ex qua certũ petit. l. & eodem

6 modo eſt ✠ generalis cõdictio incerti, ſecundũ quoſdã, q̃ ad omnia incerta cõpetat: quod tñ nõ eſt ſimpliciter verũ. De cuius incerti cõdictionis materia videbitis ĵ. de cõdi. in de. l. ſed & ſi me putem. §. j. et ibi de hoc dicam. ✠ Quæro, in quo differt

7 hæc actio ab actione in factũ ſubſidiaria. Reſpon. nil habẽt cõe: illa emi cõpetit vbi aliæ deficiunt: vt l. quoties. ĵ. de præſcrip. ver. iſta tantũ competit cũ omnibus aliĵs, quæ cõpetũt ad certũ. Modò habes expeditã prius gl. quã vide. Venio ad ſecundã gl. dicit hic, q̃ hæc actio cõpetit ex omni cauſa, & ex omni obligatione, ex qua certum petitur. Quæro, quid differt ✠ cauſa

8 ab obligatione. Quidã dicũt q̃ eſt inculcatio verborũ. Alĵ aliter. & hæc eſt vera: ſcilicet q̃ tria ſunt. Primũ, contractus, vel quaſi, delictũ, vel quaſi: & iſta ſunt cauſa obligationis. Secundũ eſt obligatio. Tertiũ eſt actio, quæ ex ipſa obligatione deſcẽdit: vt l. licet. §. ea obligatio. ſ. de procu. Quod ergo hic dicit ex omni cauſa, intelligo cõtractu, vel quaſi: maleficio, vel quaſi. & q̃d ſubdit, ex omni obligatiõe, ſtat ꝓ priè. Iuxta hoc quæro, ✠ vtrũ certi condi-

9 ctio ſit datiua vel natiua. Quidam dicunt eã eſſe datiuã. & pro hoc l. ſi me & Titiũ. ĵ. eo. Veritas eſt[a] q̃ eſt natiua; habet enim ſufficienter præexiſtentẽ materiã ex qua oritur, vt hic dicit tex. ex omni cauſa, & ex omni obligatione &c. expreſsius Inſti. quib. mod. re cõtra. obli. in prin. Ergo apparet q̃ eſt natiua: vt l. iuris gentiũ. §. j. ſ. de pactis. Non obſtat l. ſi mè & Titium.

10 quia reſpõde, vt ibi dicã. ✠ Quæro: quare fuit introducta hæc actio. Dicit gl. cauſa neceſsitatis, & vtilitatis. Neceſsitatis: quia quando q̃ nõ reperitur actio ſpecialis: vt in ſtipulatione cõtinẽte certũ: vt ſ. eo. l. ſi quis certũ. Mar. dicebat hoc falſum: imò ex ſtipulatione cõpetit certi cõdictio ſpecialis: vt Inſtitu. de verb. obli. in princ. Et iſtud puto verũ, & dico q̃ nunquam certi condictio cõpetit, ſcilicet generalis in caſu, in quo alia non competat. h. d. tex. iſte ex omni cauſa, & ex omni obligatione, ex qua certũ petit, quaſi dicat, neceſſe eſt vt aliquid certũ peti poſsit, vt cõpetat hęc actio. Licet enim eſſet certum, et peti non poſſet, nõ haberet locũ iſta actio. Item nõ obſtat q̃n ſtipulor factũ: qa põt peti iterẽ eſſe certi cõdictione, licet nõ ſim ſtipulatus: vt gl. dicit: qa imo ſum ſtipulatus tacitè: vt l. ſtipulatiões nõ diuiduntur. verſi. Celſus. de verb. obli. Vnde & tũc cõpetit certi cõdictio ex ſtipulatione tacita. nullo ergo caſu reperio q̃ ſit neceſſaria. Non obſtat l. ſi me & Titium. vt ibi dicã: ſubeſt tñ

b cauſa vtilitatis. [b] Nam vos ſcitis q̃ actio furti infamat: certi cõdictio nõ: vt l. ceſſat. de actio. & obl. Vnde ſi vellẽ cõtra te agere ad quadruplũ, & q̃d nõ infamareris, intentarem certi condictionẽ generalẽ ad quadruplũ, vel duplũ. Ita dicit gl. tua not.

11 quam vide. ✠ Quæro, vtrũ ſi actio prima quæ cõpetit ad certũ, ſit tẽporalis: an hæc etiã erit tẽporalis vel perpetua. Glo. dicit, tẽporalis. arg. l. ſi eũ. §. q̃ iniuriarũ. ſ. ſi qs cau. & ĵ. de iureiu. l. duobus. §. exceptio. Hoc videt cõtra regulã, quæ eſt, q̃ actiones ciuiles ſunt perpetuæ: vt l. ſecunda. C. de conſti. pecu. dicit P. fateor q̃ actiones ciuiles ſunt perpetuæ, hoc eſt, aptæ ad vi- f
uendũ perpetuò: ſi materia, ex qua oriuntur, duret perpetuo. Exemplũ in rei vendicatiõe, quæ cõpetit, quia dñs. Sed ſi do- g
miniũ præſcribit triennio peribit rei vendicatio. Ita hic hæc actio cõpetit, vbi certũ petitur: ſi deſinit poſſe peti, deſinit hęc

12 actio cõpetere. ✠ Quærit glo. vtrũ hæc a-
c ctio [c] creſcat per inficiationem, ſicut actio principalis. Exemplũ in lege Aquil. dicit gl. q̃ non vt l. item veniunt. §. cũ prędiximus. ſ. de petitio. hære. Non obſtat ſ. ſi qs cau. l. ſi eum. §. qui iniuriarum. quæ dicit q̃ actio ſubrogata ſapit naturã eius, in cu

13 ius locum ſubrogatur: ✠ quia eſt verũ in
d his quæ inſunt actioni ex ſua primordiali [d] natura, nõ in his quæ ſuperueniunt ex caſu. Vide iſtã gl. & eſt multũ no. ſolu. & fortẽ nõ habetis alibi. ita bene per gl. qua liter actio ſubrogata in locum alterius, ſapiat naturam eius in cuius locũ ſubrogetur. quod dic vt ſcripſi in l. j. §. hæc actio. ĵ. ſi quis teſta. li. eſſe iuſ. fuer. & ibi etiã per Iac. de Are. Et ex prædictis apparet ſolu.

illa verba. & ad id q̃ dictũ eſt ſ. tollendo §. actionũ. dicas q̃ tex. in l. in minorũ nõ dicit q̃ ſit bonæ fidei: ſed æquiparat actionẽ ex teſtamẽto, & actionẽ bonæ fidei: qa eſt ſtricti iuris, ſed habet naturã bonæ fidei, quo ad fructus.

¶ L. ædiles. Adde tu, & pro intellectu d. l. vide eundem Bart. in l. ĵ. C. de iudi.

¶ Hac actione Adde q̃ cũ opin. Bar. trãſit ſimpliciter Sal. Ful. hic Bald. in l. ĵ. C. de pact. inter emp. & vẽdi. & in repe. l. petẽs. C. de pactis. Scias etiã q̃ inquãtũ gl. dicit q̃ certi cõdictio generalis aſſumit ſibi naturam primordialis actionis, in cuius locũ datur: q̃ illud eſt verũ, ſecũdũ Cy. & Alb. de Ro. hic quantũ ad rẽ, ſeu qualitatẽ pro qua cõpetit illa actio ſpecialis, nõ quo ad alia quia ſequeret q̃ inſa maret: quod nõ eſt. verum eſt q̃ eſſet ſtricti iuris, cuius cõtrariũ vult Ioã. an. in d. §. ſequit. & gl. in §. actionum. Inſtit. de act. & Bal. hic & Alex.

quæſtionis: ſi queratur, an per officiũ iudicis veniant in hac actione omnia, quæ venirent in actione ex vendito, vel ex locato, in cuius locum datur. Pro cuius euidentia ſcire debes, q̃ li-
e cet [e] illæ actiones ſint bonæ fidei, iſta tamen eſt ſtricti iuris: qa non numeratur in §. actionum. Inſtitu. de actioni. Vnde iſta tantum competit ad ea, ad quæ illa actio primordialiter cõpetebat. In his ergo quæ ex poſt facto acciderent ex mora, quæ veniret in illa actione, tanquã bonæ fidei, ſecundum formam
f l. ædiles. [f] §. item ſciendum. ĵ. de ædili edic. non tamen veniret
g in hac actione: [g] quia non aſſumit illam naturam de his, quæ exposſt facto obueniunt, vt dictum eſt. Sumus expediti de ſecunda gl. Veniamus ad tertiam glo. dicitur hic, ſiue ex certo, ſiue ex incerto contractu. Quæro quis dicatur contractus certus. In hoc ſunt opinio. nam quidam dicunt, q̃ contractus certi, ſunt oẽs contractus nominati: ſed contractus incerti, ſunt omnes contractus innominati. Et hæc opi. tangitur in iiĵ. gl. huius l. in fi. quam tenet Per. & eſt ſatis probabilis. Ia. de Are.

14 dicit, & melius, q̃ cõtractus certus ✠ eſt, quando ex ipſius conceptione apparet iure manifeſto, q̃ certũ debetur. Addo, nec eſt variabilis ex poteſtate debitoris, vel rei natura. Quod dico q̃ ex ipſius cõceptione apparet, probatur ſ. eo. l. certũ. Quod

15 dico, iure manifeſto apparet, dico pro tãto: qa poſsibile ✠ eſſet q̃ variaretur propter ſtultitiã, vel imperitiã iudicis exequendo, vel propter aliquẽ caſum prẽter naturam rei: vt quia res debita periret: & ſic ad æſtimationẽ deueniretur. Illud quod addidi, nec eſt variabile ex poteſtate debitoris. dixi propter obligationem alternatiuã, in qua licet certum appareat ex ipſa cõceptione: tamen quia variabile eſt ex poteſtate rei, dicitur cõtinere incertũ: vt l. vbi autẽ. §. qui illud. ĵ. de verb. oblig. Quod dixi ex natura rei: ideo dixi, quia q̃n eſt in obligatiõe vſusfructus, vel aliud ſimile, quod ex natura ſua recipit variationẽ, dicitur continere incertum: vt d. l. vbi autem. §. fundi. & §. illud.

16 de verb. oblig. Contractus ✠ aũt incertus eſt, quando ex ipſius conceptione iure manifeſto certum non apparet, vel eſt variabile ex poteſtate debitoris, vel ex natura rei. hoc apparet quãdo quis ſtipulatur partum ancillæ naſciturum, vel fructus naſcituros, vel factum quod eſt incertum: vt l. vbi autem. §. illud. & §. qui id quod. ſ. alleg. Alio tamen modo accipitur contractus certus, vel incertus. l. j. C. de ſenten quę pro eo quod inter.

17 proferuntur, quod dic vt ibi. Hoc expoſito quæro, vtrum ✠ ex

omni

omni cõtractu, ex quo certũ petit, cõpetat hæc certi cõdictio. Dicit gl. hic. Quãdo ꝙ agitur ad id quod meũ est: quãdo ꝙ ad tradendũ mihi aliquid, quod non est meum: quãdo ꝙ ad restituendũ. Aduerte: quia hoc est multũ subtile. † Primo casu nõ
18 cõpetit hæc certi condictio, nisi cõtra furem[a]: quia nemo condicit rem suã, præterquã à fure: vt ſ. vsufruc. quẽadmo. caue. l. vltima. & Instit. de actio. §. sic itaq;. Secundo casu † quando agitur ad tradendũ aliquid mihi, quod non est meum. Exemplum in actione ex empto. dicit glo. ꝙ tunc cõpetit certi condictio. Nec obstat ꝙ tunc agitur ad factũ: quia istud nõ est factum merũ, sed mistum. Sic dicit glo. quod notandũ est & be-
20 ne intelligẽdum. Not. ergo istã glos. quæ tenet † ꝙ ille, qui tenetur ad tradendum actione ex empto, non tenet ad factum purum. & qualiter intelligat statim dicam. Doc. nostri omnes cõmuniter reprobant istã glos. Primò per l. stipulationes non diuidunt. in prin. ĩ. de ver. ob. Secundò per rationẽ: quia solutio huius est variabilis, ex potestate debitoris. liberat enim soluendo interesse: vt l. j. ĩ. de actio. emp. & sic non cõtinet certũ, sicut stipulatio alternatiua. Do. Iac. butr. nitebat sustinere hãc gl. & dicebat ꝙ actio ex empto cõtinet certũ: cùm saltẽ ex ipsa cõceptione cõtineatur certũ: quia vendis Stichũ, vel librũ. Sed licet cõceptio seu pronũciatio cõtineat certum tamen quia ex potestate debitoris est variabile, non dicit cõtinere certum, vt
21 dictũ est. Sed volẽdo sustinere gl. prout est possibile, debes scire, ꝙ in eo qđ glo. dicit, ꝙ ille, qui tenet ex empto, nõ tenetur
22 ad factum purũ, sed mistũ, dicit verũ. nam ille, † qui vendidit, tenet ad rem tradendã: & si est dns, † tenetur trãsferre dominium in accipientẽ: si non est dns, non: vt l. ex empto. in prin. de actio. emp. Vnde non dicitur merũ factum, ꝙ ista obliga-
23 tio sapit naturã dandi. Tenet enim dare, hoc est, dnium † trãsferre, si dns est. Hoc probatur in l. in cõuentionalibus. in fi. de verb. obli. ibi: non nudũ factũ, sed cãm bonorũ, &c. & ibi dixi.
24 Item debes scire † ꝙ in actione ex empto venditor præcisè tenet ad tradendũ si põt: vt l. j. & ibi not. ĩ. de act. emp. & plenè dixi in d. l. stipulationes non diuidunt. in viij. q. de verb. oblig. Hoc præmisso dico, ꝙ actio ex empto posset aliter concipi ꝙ certum cõtineret: puta, si dicerẽ, dico quòd vẽdidisti mihi fundum, & ꝙ illum tenes, & possides, & ꝙ illius fundi es dns: quare peto te cõdemnari. Certè ista actio continet certũ. tenet em ad tradẽdũ precisè, quia possidet. Itẽ ad trãsferendũ dominiũ:
b quia est dns. & sic ad certum. [b] Sed quãdo nulla traditio in petitione veniret, sine dubio nõ cõpeteret certi cõdictio: quia fa-
25 ctum purũ est, ergo &c. Quare † autẽ rem tradi, & quælibet stipulatio facti dicãtur cõtinere incertũ: dic vt dixi in d. l. stipulationes non diuidunt. in viij. q. & in l. vbi aũt. §. q id quod. de
26 verb. obli. Qñq; in obligatione est rem restitui: vt † in re deposita, pignorata, cõmodata, & si. isto casu, dicit glos. nõ habet locũ certi cõdictio. Ratio: quia res est mea: ergo non põt cõdici. quod intellige nisi fuerit cõtrectata: vt ſ. eo. l. si qs nec cãm. §. j. Item, quia agitur ad factũ. dicit glo. ergo ad incertum. Ista ratio est melior, gñalior, & verior quã præcedens: quia aliena
27 res põt deponi & commodari. † Quãdo ergo cõpetit hæc certi cõdictio: Rñ. qñ quis est obligat[c] ad dandũ certum: vt dicitur in prima glo. & bene. Dicit em hanc obligationẽ cõtinere certum oĩno: vt d. l. vbi aũt. §. j. ſ. alle. Sumus expediti de tertia glo. Veniamus ad quartã glos. dicitur hic, ex incerto cõtractu.
28 † Quæro exemplũ. qũo ex incerto cõtractu petatur certum? Respond. si ego sum stipulatus, vel emi partũ ancillæ, vel fructus nascituros, cõtractus est incertus: tamẽ post partum editum, vel fructus natos, est certũ quòd debetur: & sic potest agi certi cõdictione. Et hoc est quod vult hic tex. dum dicit, ex incerto cõtractu. secundùm Iacob. de Aret. licet Dyn. aliter dixerit, & malè, & contra hunc text. in dict. l. vbi autẽ. §. illud. & hoc exemplum non posuit glos. imò aliud posuit glos. exemplum in obligatione facti, in qua dicitur contineri incertum. Sed si agitur ad interesse, poterit agi certi condictione. licet enim interesse prima facie sit incertum: tamẽ quia est certum in rerum natura, & venit certificandum per iudicem, competit certi condictio. Ita dicit glos. quam vide. Multa inculcat
29 ista glos. quæ veniunt examinanda. Primò dicit † quòd in obligatione facti potest agi ad factum præcisè. Hoc non est verum simpliciter: sed qualiter debeat intelligi, dic vt dixi in d. l. stipulationes non diuiduntur. in viij.
30 q. de verb. obli. Secundò dicit glos. † ꝙ qñ agitur ad interesse, agitur certi condictione. & h. d. gl. verũ indubitanter, Casus est hic in eo quod dicit text. de leg. Aquilia, &c. Nam cũ illa actio legis Aquil. det ad interesse: ergo certi cõdictio ad interesse dabitur. & hoc dicunt doct. & bene. Ter-
31 tiò innuit gl. † ꝙ licet certi cõdictio detur ad interesse, non est tamen necesse ꝙ quã
c titas eius quod interest, exprimatur[c] in libello. Hoc an sit verum, sunt opin. Nam quidam dixerunt agi cõdictione incerti: vt l. pen. ſ. si quis in ius vo. nõ ie. & l. liber homo. §. fi. ĩ. de verb. obl. Sicut enim certi condictio competit, vbi certum petit: ita condictio incerti competit, vbi incertum petitur, secundum eos, vt glos. hic tangit: quorum opi. tenet Iac. de Are. non enim, dicit ipse, est recedendum à verbis, & ex-
b ponere prout glo. dicit, condictio incerti, i. certi condictio ad interesse, quod est incertum. hoc enim est violare literam. Certè domini, de natura condictionis incerti dicemus in l. sed & si me putẽ. §. j. ĩ. de cõdi. indebi. Sed quantum ad propositũ videamus, vtrum ad certi condictionem sit necessarium, ꝙ illud quod petitur appareat certum ex ipsa pronũciatione: an sufd ficiat ꝙ sit certum in rerum natura, nec sit variabile ex potestate debitoris. Rñd. ꝙ nõ est necesse ꝙ ex ipsa pronunciatione appareat certum illud quod petitur. Tex. est in d. l. vbi aũt. §. qui illud. ĩ. de verbo. obli. vt qñ promitto pecuniã, quæ est in arca vel illud quod Titius debet. Nam licet ex ipsa pronunciatione non sit certũ: tamen quia in rerum natura est certum, sufficit. Ita in proposito quantum interfit in rerum natura, certum est: ergo certum petitur: Merito illæ leges debent exponi prout gl. dicit. agitur ergo certi condictione ad interesse. Et quod non sit in libello necesse certam quentitatem exprimi, est text. in l. iij. C. de inuti. stipu. & probatur per rationẽ. Quando aliquid non est in potestate actoris, non cogitur actor illud exprimere certum in libello: vt l. vbi autẽ. §. qui illud. de verbo. obli. & l. j. §. quia autẽ. ĩ. quo. leg. Sed declaratio interesse est in iudicis potestate: vt l. j. C. de sentẽ. quæ pro eo quod interest profe. ergo nõ cogitur actor illud exprimere, & limitatè ponere in libello: reprobata opi. Vltramon. qui dicebant contrarium: quod latius reprobaui & examinaui in d. l. stipulationes non diuiduntur. in fi. de verb. obli. Sumus expediti de iiij. gl. &c. Venio ad tertiam partem. Dicitur
32 hic, ꝙ licet nobis in omni contractu certum condicere. † Quæ
d ro, quomodo cognoscetur[d] in libello an intentetur certi condictio generalis, vel specialis. Rñ. apparet ex his quæ ſ. dixi in j. q. Nam in certi condictione generali concluditur per illud medium, quia certum: in alijs actionibus concluditur per alia media, vt ſ. dixi. Addo ꝙ Gul. de Cu. dicit, ꝙ in certi cõdictione non habet quis necesse inferere aliam causam nisi hãc: quia certum. Vnde si dico ꝙ teneris mihi ad centum, & hoc est certum: ideo peto te condemnari ad dicta centum: procedit libel
33 lus. Nam † in actionibus personalibus sufficit quòd in libello quis exprimat causam proximam actionis: vt l. & an eandem. §. actiones. de excep. rei iudi. sed causa proxima huius actiõis est, quia certum: ergo &c. Gl. nostra dicit contrarium in ij. gl. huius l. in prin. videlicet quòd debeo exprimere causam remotam: quia ex tali libello reus non redditur certus, an velit cedere, vel contendere: ergo &c. vt l. j. in prin. ĩ. de eden. Ex prædictis patet, ꝙ in l. vltima. C. de an. excep. poterit procedere libel lus, velit nolit reus, secundum opi. Gul. sed secundum opi. glo.

[a] Furẽ. Adde gl. in l. scire debemus. ĩ. de ver. obl. in §. fi. ĩ verb. cõdici. Et dicit Io. de Imo. ibi ꝙ iste est casus singularis, in quo certi cõdictio dat ad incertum. Et pro hac opi. communi alleg. Alex. tex. in l. si cõcubina. §. nõ solũ. ĩ. re. a-mo. Adde tu ꝙ etiam cõpetit & datur hæc certi condictio donatario causa mortis: licet in ipsum transferat dominiũ ipso iure l. ij. ĩ. de pub. & no. in l. cũ pater §. Meuio ĩ. de leg. ij. Itẽ datur et habet locum habenti dominiũ vtile volenti cõdicere à domino directo: vt hic per moder.

[b] Ad certum. Adde ꝙ cũ Bart. transeunt Bal. Ang. Sali. et Ro. hic: sed Ful. & Paul. de cast. hic contrariũ tenent: quibus adhærere videtur Alex.

[c] Exprimatur. Adde vt per Io. And. in addi. ad Spe. in ti. de fructi. & interesse. §. fi. in addi. incipiẽte, Cyn.

[d] POMATES. Quomodo cognoscetur. Circa materiã concludẽdi, vide Alex. consi. cxvij. j. col. ij. volu. Iaſ. §. omniũ. xxiij. col. Instit. de actio. Alex. cõsi. cxij. in iij. col. j. volu. Libellus ergo, vt ex istis colligit, attẽditur circa modum concludẽdi. Et vide Alex. cõsi. cclvij. Ex cuius dictis ibi põt colligi declaratio pulchra ad hæc, & cclx. & Soci. cclxij. vbi etiã ipse limitat in secunda col. Soci. etiam consi. xx. col. vj.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Secunda Bartoli ſuper Digeſto veteri.

a ✠POMATES. ¶Si in diem. Facit l. nam & ſi fur. in prin. ff. eo. titu. Et an ſit natiua, vel datiua, poteſt eſſe vtilitas: quia ſi eſt natiua tranſit ad hæredes. ſecus ſi datiua. Gl. eſt tenenda memoriæ. l. cũ precario aliquid datur. ff. de prec. quã no. Bar. qui nihil ignorauit. l. ſi hominem. §. datur. in iij. & vlti. fallen. ff. depoſi. Cui tamen vtilitati, & differentiæ videtur obſtare tex. l. quoties. C. de do. quæ ſub. vbi dicitur, pone ꝙ Titi⁹ donauit Seio fundũ cũ hoc vt intra annum Caio redderet, & ibi imperaret dat actionem, & tamen tranſmittitur.

¶Huic differentiæ obſtat: quia cum iſta actio datiua competeret defuncto, & ei hæres ſucceſſerit: & ſibi debet competere: cùm nihil aliud ſit hæreditas quã ſucceſsio in vniuerſum ius. l. nihil. de reg. iuris.

tuere.in fi.ſ.de rei vẽ.Sed ſi poneres ſpeciẽ b
ſubtractã peremptã ante ſententiam,abſq
dolo:tunc ceſſaret iuramentũ affectionis:
vt d.l.arbitrio.§.j.& haberet locum iuramẽ
tum veritatis,vt hic:quia dolus arguitur:et
eſt difficultas probationis : vt l. in actioni-
3 bus.in fi.ſ.eod.†Quæro,quid[c] ſi in iuramẽ
c to adijcit pluriſve,an vitiet.videtur ꝙ ſic:
quia hæc lex vetat.ergo &c.vt l.nõ dubiũ.
C.de legi.Contrarium eſt verũ. Illud enim
ꝙ hic dicitur, eſt vt oſtendatur, iurantẽ nõ
eſſe periurum:quaſi dicat ſi non adijciatur,
pluriſve, videbatur prima facie periurus:
quia iuravit de minori cũ eſſet. quod tollit
Iuriſconſultus:quoniã quod pluris eſt,&c.
4 Et per hoc dico † ꝙ ſi teſtes fuerunt ſemel
examinati ſuper articulo cõtinente, ꝙ res
valet centũ:& poſtea poſt publicationem
fieret articulus ꝙ res valet cẽtũ & quinqua
ginta,ꝙ teſtis poſsit adhuc examinari. Nõ
enim articuli ſunt contrarij:imo omnino di
uerſi: quia põt eſſe vnũ & aliud. Decreti-
ſtę habent hunc caſum extra de teſti.ca. de
teſtibus.& ibi glo.& c. cũ cauſa quæ inter
d œconomũ.eo.tit. Per hanc[d] legem poteſt
5 determinari quæſtio † de teſte,qui dixit, vi
di eum poſsidere decem annis,& plus.quã
tangit gl.in l.ab hoſtibus.§.ſed quod ſim-
pliciter.ſ.ex qui.cau.ma.& per Gul.in l.&
ſi poſt tres.ſ.ſi quis cau.ꝙ talis adiectio nil ↠ POMATES.
operatur:quia quãdo aliquis interrogatur, d
vt aliquid reddat certum: iſta adiectio, &
plus, tanquam incerta nil operatur: vt hic.
In alijs vero diſpoſitionibus poſſet aliquid
operari:vt d.l.et ſi poſt tres.de ver.ſig.l.hęc
adiectio.& l.cum filius.§.pater. ff. de lega.
ij.Barto.

IN inſtrumentis. Cõtra non exhibentẽ inſtrumenta iura-
tur in litem.hoc dicit.

1 ☞ *Iuramentum in litem ex cauſa retractatur,& ex qua.nu.3.*
2 *Iurare in litem,an quis neceſſario cogatur.*
4 *Æſtimatio rerum juratarum in criminalibus quod non probetur iuramento.*
5 *Iuramentum quod in ciuilibus facit plenam probationem.in criminalibus facit ſemi-plenam.*

1 DE periurio, Iuramentum in litem † non retra-
ctatur, niſi ex cauſa.h.d. Dicit hic
2 quod ex neceſsitate qs iurat in litẽ:q̃ro vtrũ hoc † ſit ve-
rum.gl.dicit ꝙ ſic:non enim poteſt tale iuſſurandum referri: ha-
bet ergo neceſsitatẽ,vel iurare,vel à lite diſcedere. Ego dico ꝙ
quis non habet neceſſe iurare,vel à lite diſcedere:poſſet enim a-
liquis dicere,volo probare per teſtes.Hoc probatur in l. ſemper

a ¶Sigillatã. Adde ét poſt Alex.ꝙ Pe.de Anc.cõ.cclxxxviij. inci. Ex facti narratione. dicit ꝙ ſtabit iuramento,cõſydera ta qualitate perſonę deponentis. & conditione depoſitarij. Et hoc dicit determinando q.de duobus cohæredibus quorũ vnus ſubtraxerat claues.& aperuerat ſcrinium defuncti:alter autẽ aſſerebat ibi eſſe magnã quantitatem argenti:ille vero,qui aperuit, dicebat nihil inueniſſe. Pe.de Anc. dicit ibi ꝙ hæc qõ ſimilis eſt prædictæ.de qua in d.c.ſi.

b ¶Cũ furti. Iſte tex, facit ꝙ ſi duo teſtes ſunt quorũ vnus dicat aliquã ſummã,alius vero dicat vltra ꝙ nõ ſunt contrarij. De quo vide Alex. cõſ.ccxix,col.j. vol. ij.& remiſsiue p eũ, in l.q quartã.ſ. de le. j. De duobus teſtibus vno plus altero referentibus, vide Are.cõſ.xxxvj.col. ij.Ias.in l.cũ antiquitas col.iij. de teſtib. Areti.in ſimili,cõſi. lx.col.ij.Ias.l. ij. col. pen.C. de bon.poſ. Alex.cõſ.xxix. col. ſi.vo.ij.& cõ.xlv ij. col.ij.vol.ij.& vide additio.ad Panor.c. licet ex quadã.de teſti.col.pe.in addi.inci.an teſtes. & vide Imo.& Felin ca. cũ tu.col.v.in verſi. ij. no.de teſt.& Signo. cõſ.ccxliij.colũ.vij.

c ¶Quæro qd. Vide Alex.cõſ.lxiij. col. iij.vol.ij. & in materia,vide p Alexã. in d.l. ꝙ quartam. de lega.j.

d ¶Per hanc. Limita, vt p Geor. Natan i repetit. Cle. ſæpe.in v.col.in fi.princi.de ver.ſig. Alexã. cõſi. cviij.col.iij.volu.ij. Imo.cõſi.lxxxiij. in fin.& cõſi.cv.in fin. Car.cõſi.cvij. Are. cõ.ciij.col.ij.& Soc. cõſi.cxviij.colũ.iij. vbi loquitur in dictione, aliquantulum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

POMATES.
a ¶ Vt in gl. Vide cõcordata p Fel. in ca. de exteros. col. ij. ver. Sed credo etiam per l limita. ij. de testib. & ibi p Are. in j. co.
b ¶ In criminalibus. Adde q decidit Ioã. An. in c. j. de fo. cõp. in vj. in nouella. & bal. in l. j. C. de reb. cre. & in l. præscriptiõe. C. si cõtra ius vel vti. publi. vbi dicũt q si statuto cauetur, q de iniuria illata certo generi personarũ, stet iuramẽto offensi: tale statutũ, qa est cõtra ius cõe. l. oĩbus. C. de test. habebit locum solum quo ad negotiũ principale: non quo ad fundandã intẽtionẽ iudicis, corã quo accusatur forẽsis, tãq; sortiat ibi forũ ratione commissi delicti. Vñ cũ l. si quãdo. loquatur qñ ciuiliter intentat iudiciũ, nõ debet extendi ad aliũ casum, cũ illa dispositio sit exorbitãs. Ang. tñ & Ro. cõtra. Bar. tenẽt vt refert Alex. cuius p̃dicta sunt verba.
POMATES.
c ¶ Si parendi. Declara p bar. in l. is cui. in prin. de cõd. inde.
POMATES.
d ¶ Quędã est. An institutus sub conditione eã implẽdo videatur adire, vide hic aliquos, maxime Ias.
POMATES.
e ¶ Causa finiendarũ. In transactione, siue alio quocũq; pacto simplici, q fit eã finiẽdarũ litiũ, vel liberationis nõ est locus pœnitentiæ. An aũt istud vltimũ sit verũ: vide Ale. hic. Consydera tñ qũo posit hoc procedere in omni pacto cõuento. q sit litiũ minuẽdarũ eã. Nõ tñ video qũo possit pecunia dari: vt alite discedatur, q sit trãs actio. Nec obstat exẽplũ ipsius Alex. hic, qa si bene videris, cõtinet repugnãtiam. Vñ cogita, nisi volueris ponere exẽplum in arbitramento. Aduerte tñ si possit colligi aliquod exẽplum extra not. per Bald. l. j. in fin. ff. de transact.

§. in hoc interdicto. q vi aut clã. cum glo. in verbo iudicis. Cũ enim hoc iuramentũ sit inductũ in fauorẽ eius, cui defertur, põt illi renunciare: secus in iuramẽto iudiciali. In eo enim habet necesse iurare vel referre, nisi recusset ex causa: vt lege manifestæ. ff. ti. j. Vertitur enim in illo etiã fauor deferentis qui litigare non vult. Nec obstat tex. q hic dicit, de necessitate: quia debet intelligi q hoc iuramentum est introducti ũ ex necessitate: hoc est propter necessitatẽ, & difficultatem probationis: vt in lege in actionibus. in fi. ff. eo. Vel dic, q quãdoq; quis cogitur iurare: vt tutor, vel curator: non dico de iuramẽto in litem, q est affectionis: sed de eo q est veritatis: vt not. in lege videamus. in princip. in glo. ij. super ver. admittendum.
Quæro, dicitur † hic, non facile: quæro ex qua causa põt retractari hoc iuramentum dic vt in glo. [a] Vltimo quæro vidistis in l. in actionibus. q qñ arguitur dolus rei, & est difficultas p̃bationis iuratur de veritate in litem. Pone statutũ huius † Ciuitatis, imponit pœnam de furto, & robaria secundum æstimationẽ rei subtractæ: numq̃d cũ de furto & de robaria criminaliter agitur, sufficit tale iumentum ad probandum æstimationem. q videt per l. cũ furti. Contrarium est verum: quia in criminalibus requiruntur probatiões luce meridiana clariores. Et ista iuramenta quæ deferuntur in locũ, seu defectũ probationis, nõ habent locũ in criminalibus: [b] vt habuistis no. in l. iij. in prin. ff. tit. j. & de quæstio. l. maritus. Fateor tamen q tale † iuramentũ, quod facit plenã probationẽ in ciuilibus, faceret indiciũ forte sufficiens ad torturam in criminalibus. h. d. [1]

De condictione causa data, & causa non secuta. *Rubrica.*

Quia dictum est ff. de condictione certi generali, sequitur videre de speciali. Itẽ qđ hic dicit de conditione causa data, dicit gl. & bene, q ponitur improprie: vt l. domus. in princi. j. de condi. indeb. & ibi videbitis Barto.

1 *Datum ob causam, causa secuta non repetitur, siue sit expressa tacitè, siue expressè.*
2 *Implens conditionem quando videatur adire*

LEX I.

Si ob rem. Dati ob causam cã secuta † cessat repetitio: secus si cã nõ sit secuta, siue fuerit expressa, siue ab vtraq; parte tacite intellecta. h. d. cũ l. sequen. In §. sed si parendi. [c] opp. de l. si repetendi. C. eod. sol. ibi causa tacite ab vna tãtum parte fuit intellecta: hic fuit tacite actũ ab vtraq; parte: quia veniebat ex natura actionis. Adde qđ no. de verb. obl. l. triticum. Simile in l. non omnis. ff. si cer. pe. Secundo opp. dicitur hic † q̃ implendo conditionem, non videtur quis adire hæreditatẽ. Quod patet: quia potest repudiare. contra, vt l. iam dubitari. in fin. ff. de hære. instit. Sol. dicit glo. ibi loquitur in filio suo. qui implendo conditionem statim est suus hęres: hic loquitur, in extraneo. Probatur in l. cum pupillus. j. de condi. & demon. ista solu. non est bona, habito respectu ad ius prætorium, quod concessit beneficium abstinendi suis: vt j. de acqui. hæred. l. cum bonis. Sed bene est bona solu. habito respectu ad ius ciuile: & ideo ponitur alia solutio, & vniuersalior: tamen clarius dic aliquantulũ.

d Quædam est [d] conditio que consistit in nuda voluntatis expressione, circa ipsam aditionem: tunc implendo conditionem videt adire: vt d. l. iam dubitari. in fi. Quandoq; consistit conditio circa aliud: & tunc aut est certũ q impleuit cõditionẽ animo adeũdi: & habetur pro adeunte, vt hic: aut non animo adeũdi, & hoc constat, vel dubitatur quo animo fecerit: & habetur pro nõ adeunte, vt hic. Ita debet intelligi j. de acqui. hære. l. cum bonis. & l. Antistius. de condi. insti. l. si quis ita. & quod ibi no. facit quod no. de inoff. test. l. qui de inofficioso. Barto.

LEX II.

Sed & si falsum. Glo. inducit hanc l. ij. ad q. de muliere, quæ dedit dotẽ viro, quando matrimonium non constabat de iure. De quo dic vt in l. j. C. eo. & in l. fi. j. de cond. sine causa.

1 *Datum ob causam, quando possit repeti ex pœnitentia.*
2 *Quasi, est veritatis expressiuum.*
3 *Creditor in diem, potest petere quod caueatur sibi.*
4 *Debitor in diem non tenetur cauere, quando est ei cautum per exceptionem.*
5 *Cautio mutiana an habet locum in contractibus? remissiue.*
6 *Causa mutiana præstatur à uolente.*
7 *Quomodo possit agi ut fiat instrumentũ de eo quod conuentum est.*

LEX III.

Edi tibi. Si pecunia datur, ne qs ad iudicẽ euocet non põt repeti, licet de nõ vocãdo non caueatur: secus si ad iudicem quis vocetur. hoc dicit.
1 Oppo. datum ob † causam potest repeti ex pœnitentia: vt nota. j. proximo §. & l. si pecuniã. in prin. Solu. Dicit glossa, ideo hic nõ habet locũ pœnitentia: quia res nõ est integra: dedi enim pecu-
2 niã ne ad iudicẽ iretur, quasi decidi & veritatis † est expressiuum: quia in veritate trãsegi, & decidi tecum, ex quo pacto tibi adest pecunia, quã tibi dedi: & mihi adest exceptio, quã parasti mihi ex conuentione. Ita vult dicere prima glo. & verum dicit in casu proposito. Possumus etiam dicere, & generalius loqui: quod est speciale in contractu transactionis qui licet sit contractus innominatus, non est locus pœnitentiæ: vt l. quãuis. C. de transact. Istam non sequitur Iaco. Butr. sed primam. Vel possumus loq largius, siue sit transanctio siue sit aliud pactum simplex, dum
e tamen fiat causa finiendarum [e] litium, non est locus pœnitentiæ: vt hic, & d. l. quamuis. modo habemus primam gl. Quidam vero largius adhuc loquuntur, q in omni pacto, quod fit cã liberationis, non est locus pœnitentię: vt j. l. proxima. §. j. quod non placet. Venio ad sequentem glo. quæ opp. & eius oppositiones non videntur adaptari ad tex. Nam in nulla parte huius legis dicitur quod non debeat caueri: sed dicitur quod si non cauetur, nõ potest condici: tamen ex hoc videtur tex. innuere quod caueri non debet. Si enim hoc deberet caueri ex natura cõtractus, tacite hoc videtur actum ab vtraq; parte: vt l. cum quid. ff. si cert. peta. ergo si non fieret, locus esset cõditioni: vt ff. eod. l. j. §. j & ibi no. Ad istud ergo opponitur & videtur quod imo debeat caueri, vt lege in omnibus. supra de iudic. Solut. Dicit gloss. ibi loquitur in dandis: hic in faciendis. Mirabilis intellectus est illius legis in omnibus. nec lege probatur: imo est contra legem, quæ dicit indistinc-
3 te † quẽlibet creditorem in diem posse petere cautionem: vt infra de priuileg. credi. lege si creditores. & l. in possessionem. infra ex quib. cau. in possess. ea. videtur etiam contra l. harum. & l. egi. ff. si cer. vend. & etiam contra l. in sulam. in fin. infra locat. vbi in facto cauetur. Vnde soluit gloss. secundo quod hic non fuit actũ expresse, quod caueretur. Iste intellectus est mirabilor quam primus. Innuit enim quod l. in omnibus non habet locum nisi in eo, qui tenetur ad diem ex obligatione expressa. Sed hoc videtur contra regulam dict. l. cum quid. si certum petatur. quia tantum valet tacitum, quantum expressum: & contra prædictam regulam lege si creditores. de priuileg. credi. Alij dicunt quod hic loquitur in contractibus stricti iuris: ibi in bonæ fidei. Et hoc tenet glossa in aliquibus locis. vt dicta lege in omnibus supra de iudi. & lege secunda. §. primo. soluto matrimonio. quod est falsum, & contra dictam legem si creditores. de priuil leg. credi. & lege in possessionem. §. primo. quib. ex. cau. in pos. ea. & l. in oĩbus. Dic ergo † q̃ hic non debet caueri: quia cautũ est
4 debitori p exceptionẽ, q̃ habet: vt l. j. §. si debitori. j. vt ĩ poss. le. facit q̃ no. j. e. l. si pecuniã. §. plane. in gl. ĩ verbo, restituturũ. Tertio opp. de l. Mutianæ. j. de cõdi. & dem. Sol. ibi loqtur ĩ vltimis volun-

Universidad de Deusto

voluntatib⁹:hic ī cōtractib⁹. Dicit gl.tenet ergo q̄ †cautio Mutiana nō habet locū in cōtractib⁹. Aliud ſentit gl.in l.ſiue apud acta.C.de trāſac.& ibi dixi:& dixi ēt in d.l.Mutianæ.vbi gl.tā git:tāgit etiā de ver.obl.l.ſi ita ſtipulat⁹.tāgit etiā ī l.j.C.de pac. in fi.gl.mag.Gul.examinat:hic nō ē nr̄a materia. Dic vt plene dixi ī d.l.Mutianæ.tn̄ quātū ad ꝓpoſitū dico q̄ cautio†Mutiana præſtat a volēte:vt habeat vim cōditionis īpletæ:nō aūt exigit ab īuito:& ita loq̄tur hic.Vñ ſi pecunia nō eēt hic data creditori,ſed eēt cōuētū de dādo ſibi,ne ad iudiciū eat,& ipſe vellet cauere de nō eūdo:an cauēdo videat īplere cōtractū ex parte ſua.Iſta ē materia l.ſiue apud acta.C.de trāſac. Quarto op.[a] de l.ſi pecuniā.§.plane repromittere.j.e.Gl.dicit vt ibi & bñ:qa ideo hic nō cauet:qa reo ē cautū ꝓ exceptionē,vt dixi. Op.extra gl.&vī q̄ ſemp poſsim†agere vt fiat mihi inſtrumētū de eo qđ cōuenit inter nos:vt l.ſicut datā.C.de li.cā.de fid.inſt.l.plures apochis.Sol.Si egovellē petere vt mihi fiat īſtrumētū,ī quo appareat,q̄ ego dedi tibi cētū,ne ad iudicē iret:hoc poſſet fieri ꝓ ſura cōtraria : ſed ſi peto vt caueas đ nō eūdo,hoc nō poſſum vt hic.Rō:qa hic plus peto,ſ.vt de nouo obligeris de nō eundo ad iudicē:ſed ī primo nō peto q̄ caueas de nō eūdo,ſedvt facias apparere inſtrumētū de eo qđ actū ē.Dixi plene in l.ſi finita.§. elegāter.de dā.inf.Si tn̄ dictū īſtrumētū nolles facere,nō credo q̄ ob hoc daret cōdictio ob cām. Nā q̄ de hoc facias inſtrumētū,nō fuit actū tacite,vel exp̄ſſe:ſed venit ex æqtate officio iudicis:merito defect⁹ illi⁹ cauſæ hāc cōdictionē nō parit. Et hoc
b mō ēt poſſem⁹ ītelligere l.iſtā:& ſecūdū hoc oīa[b] cōtraria,q̄ ī gl. ſignant,nō facerēt cōtra eā:qa poſito q̄ qs cogeret ad cauēdū, nō cogit ideo qa tacite vel expreſſe fuerit actū. Vltimo quæro hic dicit q̄ ſi itur ad iudicē,reus q̄ dedit pecuniā,pōt repetere? quæro an etiāpoterit exceptionē obijcere? Rñdeo:iſta ē materia illi⁹ legis difficilis,vbi pactū.C.de trāſ. Dic vt ibi dixi. Bar.

1 *Seruus,qui datus eſt vt manumittatur intra certū tp̄s,quando poſt tempus ſit liber.*
2 *Si pecunia data eſt vt ſeruus manumittatur per recipientem pecuniam quando poſt tempus efficiatur liber.*
3 *Si pecunia datur in ſacculo non numerata pro ſeruo manumittendo,quòd non ſit emptio.*
4 *Actio præſcriptis verbis poteſt appellari condictio:& eſt perſonalis.*

Idem erit. Si do pecuniā vt ſtichū manumittas, nō pōt repeti qa nō cauet de manumittēdo,niſi fuerit actū:ſed pōt repeti,ſi dātē pœniteat, vel nō manumittat:niſi qui debebat manumittere,caſu fuerit īpedit⁹.h.d. Oppo.q̄ iſte verſ.ſed ſi tibi.ſupfluat ꝓpter p̄cedētē.Sol.ī prin.volebat repetere:qa nō cauebat. In ver.ſi tibi.volebat repetere:qa nō manumittebat,vel exp̄ſſa. Secūdū hoc op.ad prī.& vī q̄ cauerī debeat:vt l.ſi pecuniā.§.plane.j.e.Nec pōt dicere q̄ ei q̄ dedit pecuniam,ſit cōſultū p exceptionē,ſecūdū qđ dixi ī prin.legis. Sol. ſi ponim⁹ datū vt ſtich⁹ manumittat ſimplr,nō adiecta die vel cōditione:tūc dico q̄ nō pōt peti cautio:cū ſit ī ptāte actoris petēdi ſtatim qđ manumittat,vtvidebis no.in l.j.ꝓxi.Sed ſi ponamus qđ fuerit actū de manumittēdo ad diē:tūc fateor q̄ pōt peti cautio.ſi tamen non præſtatur,nō inducitur cōdictio ob cauſam,quia nō petitur ex eo quod fuerit actū tacite vel expreſſe, vt modo dixi in princ.§. Secundo oppo.& videtur q̄ non ſit locus pœnitentiæ:vt ſ.ea.l.in princi.Solu.vt ibi dixi. Tertio opp.ad ver.quod ſi ita.& videtur q̄ ſibi cōtradicat.Dicit enim q̄ non poteſt ante diem repeti,niſi pœniteat. Nam repetendo videtur eum pœnitere:vt l.actione.in prin.pro ſocio. Sol.& adverte:quia hoc eſt valde ſubtile.Iuriſconſultus hic reſpicit medium,per quod in libello concluditur.aut enim cōdico:quia nō manumiſiſti ante diem:& tūc ſuccumbam. Aut condico:quia me pœnitet,& obtinebo:Tunc fateor q̄ iſta pœnitentia probatur per iſtum libellum.& hoc videtur ſentire glo. Item opp. dicitur hic q̄ poſt diem poteſt repeti. Contra.C.ſi man.ita fue. alie.l.ſi is.& j.eo.l.ſi pecuniam.§.j.in fi.§.glo.Pro ſolutione vacillat multū hic,& ī cōtrarijs,& ī l.naturalis.§.at cū do.j.de p̄ſcr. verb.Tu tamē †ex oībus vt habeas claritatē,dicas:Aut ego do tibi ſeruū meū vt eū manumittas intra certū tp̄s: tūc aut fuit cogitatū de certo actu manumittendi:& poſt diē nō efficit liber ex cōſtitutione:vt j.de ver.obli.l.q̄ Rome.§.flauius.& ibi no. Aut nō fuit actū de certo actu:& tunc efficit liber : vt l.ſi pecu
2 niam.§.j.in fin.j.eodem.cum ſimilib.Aut nō dedi †tibi ſeruum meū, ſed dedi tibi pecuniam vt tuum manumittas.& tunc ego emi ſeruum tuum, & apud te dimiſi vt manumitteres : & tunc poſt tempus efficitur liber ipſo iure, ex conſtitutione l.ſi is qui.C.ſi mancip.ita fue.alie. Aut nō emi ſed ſic ſimpliciter dedi pecuniam vt manumitteres.& tūc poſt tp̄s cōſtitutio nō facit eū liberū:vt hic, & l.naturalis §.at cū do.j.de præſcri.ver.& l. nō oīs.in prin.ſ.ſi cer.pe.quicqd ibi glo.
3 dicat.†Aut dubitat vtrū emerim vel non: & tunc aut dedi pecuniā nō numeratā,ſed tanq̄ ſpeciem in ſaculo:& nō fuit emptio ſerui. Ita loquit hic ſecūdū vnā lect.et d.§. at cū do. Aut dedi pecuniā numeratam:et tūc aut illa correſpōdet vero p̄tio ſerui : & præſumit emptio:vt d.l.ſi is.C.ſi māci.ita fue.alie. Aut non correſpondet vero prætio.ſed multomin⁹:& tūc nō vī emptio, ſed cōtractus innoīatus,vt hic ſecūdū Pet.& quoſdā alios modernos.Quæ diſtinctio vī ꝓbari de re.iur.l.ſemp in ſtipulationibus.& qđ ibi no.Rō p̄dictorū eſt:quia qñ ego emi videor tibi tradidiſſe ſeruū ꝓpriū:merito ſuccedit cōſtitutio poſt tp̄s,& facit eū liberū:vt l.ſi pecuniā.§.j.ī.eo. Et ad p̄dicta facit q̄ nota.p Cy.C.eo.l.ſi liber.& p̄dicta oīa intelligas,niſi conditio ſerui repugnaret:quia ex aliqua cā forte ad libertatē produci nō poſſet. Ita ēt intelligit hic ſecūdū vnā ſolutionē.Q ñq; do tibi pecuniā vt manumittas ſeruū alienum:& tūc nullo caſu poſt tp̄s cōſtitutio ſuccedit,ne dño fiat iniuria.& hoc mō ēt pōt intelligi hic ſecundū aliā lect.& dictū §.at cū do. Venio ad ver.ſed ſi ſtich⁹. dicit hic q̄ ſi ſtichus deceſsit añ morā,ceſſat repetitio. Contra.j. eo.l.ſi pecuniā.§.ſed vbi.Sol.dicūt quidā,ceſſat repetitio quaſi cauſa nō ſequuta,vt hic:ſed ex pœnitētia cōpetit,vt in cōtrarijs: quo caſu qñ ago ex pœnitētia debet diſtingui,vt dicit in l.cōtraria:& hoc verū. Venio ad ver.quinimo.dicit hic ſticho mortuo cōpetere condictionē.Cōtra.Cōdictio ob cām dat ad repetendū qđ eſt datū,nō ad cōſequendū qđ eſt ꝓmiſſum:vt l.j.ī fi. de rerū p̄mu.Sol.dicūt quidā q̄ hic loq̄t de certi cōdictione ge-
4 nerali.†Alij q̄ hic loquit de actione p̄ſcriptis verbis q̄ pōt appellari cōdictio,iō qa p̄ſonalis eſt actio.et iſta cōiter tenet. Alij dicūt q̄ hic eſt caſus ſpecialis,in quo dat cōdictio ob cām ad cōſequendū ꝓmiſſum.Simile j.eo.l.ſi pecuniā.§.itē ſi qs.& §.ſed ſi acceperit.ſed cōiter iſta nō tenet.vt ibi dixi. Opp.& vī q̄ cōpetat actio de dolo:vt C.de dolo.l.cū ꝓponas.ergo condictio, de qua loquit hic ceſſat:vt l.j.& ij.de dolo.Solu.ſi hic intelligas q̄ loq̄tur de certi cōdictione gñali,nō obſtat : quia cōcurret cū actione de dolo tanq̄ gñalis.Sed ſi intelligas de actione p̄ſcriptis verbis:dicit gl.q̄ ibi fuit cōtractus,facio vt des:hic fuit,do vt facias.Certe illa eſt multū difficilis lex tn̄ quantū ad ꝓpoſitū ſi volo agere vt obſeruent ꝓmiſſa,competit actio p̄ſcriptis verbis.ita loquit hic.Si vero volo repetere id qđ eſt datū : ſi qdē eſt repetibile,habet locū condictio ob cām,vt p totū iſtū tit.Sed ſi nō eſt repetibile:tūc habebit locū actio de dolo:qa dolo tuo fui inductus ad hoc faciendū:vt d.l.cū ꝓponas.loquit enim cū eſt data libertas,quæ non poteſt repeti. Vltimo quidam dicunt ex hoc §.q̄ mora inducit hāc condictionem:quod glo.non placet. Dicam in dicta l.ſi pecuniam.ih prin.j.eo.Bar.

Si liber homo. Si cā ob quam dat,ſequat de facto et nō de iure,competit repetitio:nec diſtinguit ſciēs an ignorās qs receperit.h.d. Not.ſummarium.

Opp.de l.ſi ꝓcuratorē.§.ſi liber homo.j.māda.Sol.ibi dedit de pecunia ptinēte ad manumittētē:hic ad manumittēdū.Bart.

1 *Filius quando poſsit corrigere patrem.*
2 *Si cā,ꝓ qua ē data pecunia ſit ſequuta:nō tamē ex cā,qua data fuit,qñ cōpetat repetitio.*
3 *Ad exceptionem parandam quod non referat à quo fiat,dummodo fiat,remiſſiue.*

Si quis quaſi. Si pecunia dat,vt aliquid ex certa cā ſequat,ſi illud poſtea ſequat,nō tn̄ ex eadē cā,cōpetit repetitio.Itē defectus cauſæ à dante tm̄ ī mēte re-
2 tētus,hāc condictionē nō parit.h.d. †Opp.q̄ fili⁹ nō debeat corrigere patrē,vt in aut.de nup.§.ſed quod ſancitū.Sol.circa diſtractionē & adminiſtrationē bonorum nō debet corrigere:vt ibi,& l.cū oportet.§.nō aūt.C.de bo.q̄ li.ſed de iure pōt,vt hic. Ita dicit gl.poſſet ēt eā circa adminiſtrationē bonorū corrigere, qñ eius prodigalitas eſſet multa.C.de ſent.paſ.l.fin.& j.ad Trebel.l.Imperator. †Opp.q̄ hic nō cōpetat repetitio:quia cauſa
2

✠POMATES.
a ¶Quarto op. Licet iſta rō gl.ibi,et Bar. hic ſit bona,& in ſe vera,tamen nihil facit ad iſtū rex.qui rextus hic dicit q̄ ideo hic non cauetur,non ratione,de qua hic ꝓ Bart.& gl.ibi,ſed iō qa de hoc nihil erat conuentū.quod etiā ſentit Bar.circa finē.

✠POMATES.
b ¶Secundū hoc oīa. Vt patet in toto tit. quibus ad liber.procla.non licet.& toto tit.C.q̄ ad liber.peruenī.non poſ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

s POMATES.
a ¶ Mihi videtur. Adverte q̃ Bar. hic videtur ſentire q̃ ſi hęres reciptat illud qđ eſt ſibi ſoluendum gratia conditionis implendæ: et tamen p hoc non videtur adire hæreditatem: q̃ profecto eſt contra caſum l.pro hærede. §. Pantonius. ff. de acqui.hære. Et ſi dicas nõ eſſe ita exaſperanda verba Barto. qa per hoc quod dicit, aut erat hæreditas adita aut non: nõ negat ipſe propter hoc quin hæres reciendo id quod erat ſibi ſoluendum gratia conditionis implendæ, videatur hęreditatem adire: qa reſpõ. q̃ tunc neſcio quæ differentia ſit iter primum & ſecũ. a dũ caſum. Vñcogita q̃ fuerit mens Bart.

b ¶ Quanquam. Adde inquantum Ale. hic notando refert Pau.de Ca.et Ray. dicere hunc tex. notabilem, quod ſi qs volebat mihi reliquere in teſtamento & tu impediuiſti: teneris mihi ad intereſſe. quod loã. And. in addi. ad Sp. in tit. de iud. §. generalia. ver. poſſet etiam. ponit 3 q. de tutore, qui procurauit per teſtatorẽ ſibi relinqui totũ vel partẽ eius qđ pupillo relinquere intẽdebat, q̃ pupillus poſsit agere ad intereſſe, ſi manifeſte appareat perſuaſiõe tutoris ſibi relictũ, qđ pupillo relinquere intendebat. Ibi late vide. fuit qõ Pilei, vt ipſe refert.

ss POMATES.
c ¶ Si quis accepto. Vide Ale. conſi. xxxvij. vol. iij. col. ij.

ss POMATES.
d ¶ Si pecuniam. Vide zumi. in repeti. c. j. ff accu. et Ale. conſilio xvj. vol. ij. col. j. vbi limitat hanc l. & ſimiles de iure non habere locũ ſi ibi interueniſſet ſtipulatio, ob quam data eſt pecunia, ſequuta eſt, ſ. libertas, & fuit ſequuta de iure, ſcilicet ex teſtamento. Sol. huius timore dicunt quidam q̃ hic datur condictio ſine cauſa non ob cauſam. Tu dic ſecundum gl. aut debebatur hic libertas per fideicõmiſſum, aut directo. Si per fideicõmiſſum, et ſequuta eſt manumiſsio: non poteſt habere locum condictio ob cãm. ſed ſine cauſa. Nã cauſa ſequuta eſt, & ſic ceſſat ob cauſam. ſed quia cã dandi fuit iniuſta: ideo habet locũ ſine cauſa. Mihi videtur q̃ etiam tunc cõpetat condictio ob cãm. Nam cauſa proxima, ob quã pecunia datur, eſt vt relictũ libertatis purificetur, vt ſupra eo. l. j. §. j. ſed iſtud non eſt ſequutum: ergo habet locũ condictio ob cãm. Si vero erat relicta libertas directa, tunc dicit glo. q̃ cõpetit cõdictio, ſine cauſa, tanquam generalis. Itẽ condictio ob cãm, quia nõ habet libertatẽ propter eã donationẽ quã fecit, quæ requritur: vt ſupra proxi. §. Mihi videtur[a] q̃ ſi pecunia fuit data poſt aditam hæreditatẽ: tũc dicit gl. verum ſimpliciter: quia iam erat liber hõ. Si vero fuit data añ, cũ iã non eſſet liber hõ: tunc eſt dicendũ idẽ qđ i libertate relicta per fideicõmiſſum. Item oppo. & videtur q̃ ſufficiat libertatem ſe qui quocunque mõ: vt l. cũ ſeruus. infra de ver. obli. Sol. expone vt ibi in gl. et etiam hic. et ceſſat contrarium, quia debet intelligi dummodo habeat libertatem per eũ, cui pecunia eſt data vel promiſſa. Sed cõtra hoc opp. † quantum ad exceptionẽ parandã nõ refert a quo fiat, dummodo fiat, vt l. ſi puellam. C. ſi man. ita fue. alie. ergo quantum ad defendẽdum hæredes ne cõueniãtur condictione ob cauſam, non refert a quo fiat. Sol. vt dicam vobis. infra. e. l. ſi pecuniam. Quæro vtrum iſta pecunia poſsit repeti condictione indebiti. Gloſ. hic dicit quod non. quod dic vt dicam in l. is cui hæreditas. j. de condi. indebi. Venio ad ver. quanquam & op. de l. ſi quaſi. j. de pig. actio. Sol. ibi fuit cã ab vtraque parte in mente retenta: hic ab vna tantum. facit quod no. ſ. e. l. j. §. j. et ſ. ſi cer. peta. l. nõ oĩs.

Subtilius. Si quod meũ eſt tibi trado tanquã tuũ, non trãſfero dominiũ. h. d. Iſte §. cõtinuat cũ præcedenti: vnde magis dicitur eſſe ver. quã §. Materiã iſtam, quæ tractat de errore, q̃ impedit tranſlationẽ dominij habuiſti in l. cũ fundus. §. ſeruũ tuum imprudens. ſ. ſi cer. pe. dicemus in l. j. ſ. de offi. procur. Cæ. et dixi in l. eius q̃ in ꝓuincias. ſ. ſi cer. peta.

b Quanquã. [b]Habet cõdictio pro impleta, qñ is qui implere debet impeditur facto eius qui ex implemẽto tenetur. Opp. de l. ſi peculiũ. §. de illo. infra de ſta. lib. Sol. ibi prælegatũ erat peculiũ ſeruo, hic ſecus. Op. q̃ nullum eſt hic hæredis impedientis cõmodum. nam tenetur legatario actione in factũ, vt dicitur in fi. tex. Glo. reſpondet q̃ eſt commodũ, quia tenetur ad decẽ in genere, nõ ad illa quæ erant in peculio, certe hoc commodũ modicũ eſt. Dicas ergo q̃ datur hoc cõſilium hæredi de rigore, ſed de æqtate ſuccurit legatario per actionẽ in factũ, qua æqtate cõſiderata nullũ eſt cõmodũ hæredis. Op. q̃ de æquitate etiã videtur q̃ ei, in cuius perſona dicitur impleri cõditio. non ſubueniatur, vt infra ſi qs omiſ. cã te. l. ſi quis ſub conditione. Sol. illud, qđ eſt ſoluendũ in vim cõditionis ex teſtamento, non põt peti de rigore, nec de æquitate, vt l. contraria. ſed hic æquitas fundatur ex alio quã ex teſtamento, ſ. quia hæres ſeruum nolentẽ ſoluere ĩpediuit. Bar.

c ¶ Si quis accepto. ſi cauſa, propter quam debitor liberat, non impletur, agitur vt in priſtinam obligationem reponatur. Pro declaratione huius legis quæro quid cõdicatur. Glo. diſtinguit notabiliter, Aut debitum, quod fuit remiſſum, erat liquidum, & condicitur ipſa pecunia: vt infra eodem. l. ſi mulier. Aut non erat liquidum, ſed erat forte in diem, vel ſub conditione: & condicitur: vt in priſtinam obligationẽ reponatur: vt j. de iure do. l. licet. Ad hoc oppo. de l. ob eam cauſam. j. de preſcri. ver. Sol. ſecundum veram ſolutionem fateor q̃ poſſet agi contra ceſſantem adimplere promiſſa actione incerti, ſcilicet præſcriptis verbis: vt ibi: & etiam condictione ob cauſam, vt hic. Opp. de l. licet. j. de iure do. Sol. ibi acceptilatio habebat tacitam conditionem, ſi matrimonium ſequeretur: hic non. Extra opp. de l. cũmota. C. de tranſa. vbi non datur cõdictio ob cau. Sol. ibi actio, quæ erat remiſſa, non poterat ex cõſenſu partium reſtaurari vt quærela inofficioſi. Item actio deſcẽdẽs ex delicto: vt l. ſi vnus. §. pactus. ſ. de pac. merito non poteſt cõdici vt ſe reponat in priſtinam obligationem. Nota ergo ex hac l. cum glo. ſua, q̃ qñ ſtatim poſſum petere debitum, non competit mihi actio vel iudicis officium, vt debitum illud promittas. ceſſat enim æquitas. In contrarium facit l. ſi finita. §. eleganter. j. de dam. infec. ſed ibi erat debitum quodam extraordinario iure, vt ibi dixi.

1 ☞ *Pœnitentia quando faciat locum condictioni.*
2 *Præparatoria quod non faciunt deſinere rem eſſe integram.*
3 *Sponſalia ſunt initium matrimonij.*
4 *Implens contractum ex eius parte, quod poteſt pœnitere: & quando. nu. 11.*
5 *In contractibus innominatis, facio vt des, & facio vt facias, quando habeat locum pœnitentia.*
6 *In omnibus contractibus innominatis habet locum pœnitentia.*
7 *Ratio quare in contractibus innominatis datur pœnitentia.*
8 *Quando obligatio debet impleri ex re interuentu, licet parti pœnitere, & rem non accipere.*
9 *In mandato, depoſito, & ſocietate licet pœnitere.*
10 *Libellus in condictione ob cauſam ex pœnitentia.*
11 *In contractibus quando ſit locus pœnitentiæ.*
12 *Ex parte eius, cui eſt impletum, non eſt locus pœnitentiæ. & nu. 4.*
13 *Si do pecuniam alicui vt vadat pro me Romam, quando dicatur contractus locationis & conductionis vel contractus innominatus.*
14 *Repetitio quando competat ex defectu cauſæ.*
15 *Quando præſumatur cauſa finalis vel impulſiua. remiſſiue.*
16 *Condictio ob cauſam q̃ habeat locum in contractibus innominatis, & quando actio de dolo.*
17 *In omni datione ob cauſam, licet non reſultet contractus innominatus, habet locũ condictio ob cauſam.*
18 *Condictio ob cauſam vt competat, eſt neceſſe q̃ agens perfecte contractum impleuerit.*
19 *Si contractus eſt ab vtraq; parte perfectus, & poſtea ab vna parte implementum reſcinditur: habet locum condictio ob cauſam.*
20 *Condictio ob cauſam ad quid detur.*
21 *Si Poteſtas electus fecit præparamenta, & poſtmodum ire non potuit. remiſſiuè.*

d ¶ Si pecuniam. [d]In contractibus innominatis ſi ex vna parte impleẽ, ex alia non: propter caſum ceſſat condictio ob cauſam, quaſi cauſa non ſequuta: ſed habet locum ex pœnitẽtia, dum tamẽ aduerſæ parti de indẽnitate conſulatur. h. d. Diuiditur in tres partes. Primo dicit ceſſare condictionem, quaſi cauſa non ſequuta. Secundo dicit eam habere locum ex pœnitentia. Tertio, iſtud dictum limitat vt indẽnitati aduerſæ partis conſulatur. Secunda ibi: ſed cum liceat. Tertia ibi: niſi forte. † Tu habes hic q̃ pœnitentia facit locum huic condictioni. Contra, & aſſumo glo. magnam, & oppo. de eo quod habetur. j. eo. l. quod Seruius. Dicunt quidam q̃ ibi loquit quando cõtractus eſt celebratus gratia vtriuſque: hic gratia dantis tantum. Glo. reprehendit. Nam & hic gratia vtriuſq; fit. ſ. datio cauſa recipientis, & ire cauſa dantis: & tamen eſt locus pœnitentiæ. Simile ſ. eo. l. iij. §. j. Glo. iſtorum opi. infideliter recitauit. Nam bene videbatur ipſis q̃ hic contractus fiebat gratia vtriuſq;: ſed ibi dixerunt diſtinguendum eſſe, an factũ quod erat explicãdũ poſt datã pecuniã, vt ire Capuã, fieret gratia dantis vel gratia vtriuſq;: & hoc mõ recitatur in ſequenti glo. ſuper ver. repetetur. & intelligendo ſic forte iſta ſol. non eſt mala ſecundum quoſdam: vt j. dicam: ideo gl. ſoluit contrarium aliter: quia res hic erat integra: & ſic locus eſt pœnitentiæ: in l. 1 quod ſeruus. nõ erat res integra. † Aduerte ex hac gl. cõiuncto tex. apparet quod præparatoria nõ faciũt rem deſinere eſſe 2 integrã, vt hic, & l. ſi defunctus. ſ. de procu. ſecus ſi de aliquo facto ail

Universidad de Deusto

3 cto aliquid incipiatur: vt d.l.quod Seruius. †Nam spōsalia sunt initium matrimonij. Pro hoc facit infra de pollici.l.j.§.cœpisse.

Contra hoc oppo.extra glos.j.ea.l.§.item si quis dederit.vbi est cœptum aliquid de eo quod erat fiendum: & tamen locus est pœnitentiæ. Sol.dicit Iaco.de Are.vt colligitur ex distinctione sua quā facit, & refert Cy.in l.sicut. C.de actio. & obli. q̄ l.quod Seruus. loquitur quādo illud quod post dationem erat fiendū, respicit commodū vtriusq;.§.item si quis.loquitur quando respicit cōmodum dantis tantum: & secundū hoc videt bona sol.posita in prin.glo.recte intelligendo.quod nō placet. Nam siue id quod est faciēdū respicit commodū dantis tm̄, siue vtriusq;: idē iuris est, & eadē ratio, vt j.videbis. Præterea.§.itē si quis.non respiciebat commodū dantis, sed tertij.s.manumittēdi. R ñdeo, ergo ad l.quod Seruius. q̄ illud est speciale fauore matrimonij, siue matrimonium illud sit contrahendū inter dantem & recipiē tē, & sic gratia vtriusq;, siue inter extraneos: & sic nō respiciat cōmodū dantis. Casus est in l.si ego.in prin.& §.j.vbi hæc solu. probatur ad literam.j.de iure do. Opp.in contractibus innominatis potest agi vt quis cogatur implere quod promisit: vt j. de præscri.ver.l.naturalis.per totam l. Ergo apparet q̄ non est

4 locus pœnitentiæ. Sol.dicit glo. & bene †pœnitentiæ locus est ex parte eius qui impleuit contractum, non ex parte eius cui impletum est. Cum enim ipse sit perfecte obligatus, nō potest pœnitere: sed potest agi contra eum vt impleat, vt in contrarijs: ille vero, qui impleuit, potest pœnitere & repetere quod dedit. Ita loquit̄ hic, & ś.eo.l.iij.§.j. Contra hoc opp.ea quæ facta sunt, non possunt repeti: vt l.si non sortem.§.libertus.j.de cōdi.indebi. Vnde videtur quod non sit locus pœnitentię. Huius timore dicit glo. q̄ hoc quod de pœnitētia dicitur, habet locum in do vt des, & do vt facias: & in permutatione. q.d.ī facio vt des, vel in facio vt facias, nō habet locum: quia postq̄ est factum, cessat pœnitentia. Illud etiam videtur tenere Iac.de Are. & Cyn. qui

5 recitauit eum in d.l.sicut.de act. & obli. Certe etiam †in facio vt des, & facio vt facias, potest habere locum pœnitentia quando ex aliqua parte nil est impletū. Item quando ex vna parte esset impletum, si esset tale factum quod posset repeti, vt vacuā possessionem tradi, & similia, haberet locum ista lex, scilicet repetitio: vel si peto vt te reponas in pristinā obligationem, vt ś.l.proxima. Item quando tale factum quod nō potest repeti, licet nō detur condictio ob causam ad repetendum: tamē datur de dolo in locum illius condictionis ob causam: vt l.cūm proponas. C. de dolo. & ibi tangitur per doct. & ibi dixi. Præterea potest esse datio talis quæ non potest repeti: vt datio libertatis, vt dicta l. cum proponas. & sic non est facienda distinctio inter contractus innominatos: quia in omnibus idem videtur. & hoc puto verum. Tamē Gul.de Cu.in hac materia est in mirabili opinione. dīcit enim q̄ solum in contractu do vt facias, locus est pœnitentiæ: & non in alio, vt hic, & l.iij.§.j.ś.eodem: quia in alio nulla lex reperitur. Præterea quod in contractu permutationis nō sit locus pœnitentiæ, videtur probari in l.j.j.de rerum permuta. Ratio, dicit ipse: quia contractus innominati iudicantur secundum naturam contractuum innominatorum, quibus æquiparantur: vt l.j.§.si quis seruum.j.depos. & l.eū qui.§.si rem inspectori.j.cōmoda. Sed iste contractus assimilatur mandato: merito debet esse locus pœnitentię sicut in mādato. Hoc, quod ipse dicit, non placet. nam do vt des, similatur emptioni. do vt facias conditioni, non mandato: facio vt facias æquiparatur mandato. hic est tex.in l.naturalis.§.j. & §.sed si facio.j.de præscrip.ver.sed posito quod do vt facias æquiparetur mandato: tamen nō esset locus pœnitentiæ quantum ad repetēdum id quod datum est: vt l.si milites.quod ibi no.C.eodem. sed quantum ad impediē dum ne fiat sic. Præterea illa & eadem ratio, quæ est in contractu, do vt facias: est in omnibus contractibus innominatis: vt j.

6 dicam. Et sic teneo q̄ †in omnibus cōtractibus innominatis habeat locum pœnitentia. Sed contra hoc opp. de l.sicut. C. de act. & oblig. Sol. ibi loquitur in contractibus nominatis: hic in

7 innominatis. Ista est vera ratio, dicit gl. †quia sicut sunt debiles in obligatione inducenda quia consensu non contrahuntur: vt l.iurisgentium.in princip.ś.de pact. sic & in obligatione retinēda sunt debiles. & sic pœnitentia dissoluūtur. Ita dicit etiā Dy. in l.stipulationes nō diuiduntur.in sua distinctione magna. Tu dic clarius secundum Iac.de Are. & Cy. refert in d.l.sicut cōtractus innominati anteq̄ cōpleant̄, nō p̄dur cūt obligationē ciuilē: vt l.ex placito. C.de re.permu.cū ergo nullus cōtrahentiū sit ciuiliter obligatus: merito põt pœnitere: & eodē modo post cōtractū impletū ab vna parte ille, qui impleuit, põt pœnitere: quia implēdo obligauit aliū sibi, nō se alteri. Et hoc not.in d.l.ex placito. Et ista ratio, quia obligatio nō est cōtracta, est generalis & vrgēs ad omnē speciē contractus innomi-

8 nati. Præterea qñ †obligatio debet impleri ex interuētu rei, licet parti pœnitere, & rē nō accipere: vt l.q pecuniā.§.si cer.pe. & j. q̄ res pig.ob.pos.l.pe. & j.q̄ pot.in pig.ha. l.j. & l.potior.in prin. sed cōtractus nominati statim ab ipso initio sunt p̄fecti, & est nata ciuilis & naturalis obligatio & actio: vt d.l.iurisgentiū.in princi. merito nō licet pœnitere vt l.sicut. C.de act. & obli. Cōtra hoc opp. q̄ etiā in cōtractibus noīatis

9 licet pœnitere, vt †in mādato, deposito, & societate. Gl. fatetur contrariū, q̄ in illis fallit. Ita dicit hic, & in d.l.sicut. & idē Dy.in c.quod semel.de reg.iur.lib.vj. Alij dicūt, & melius, q̄ in illis nō fallit nūq̄ em̄ licet pœnitere ab eo, in quo obligatio est cōtracta: vt in l.in cōmodato.§.sicut.j cōmo. & d.l.sicut.de act. & oblig. Vnde in mādato nō sum obligatus ad tenendū te procuratorem perpetuo: merito possum te reuocare. Idē in deposito & societate: & p̄dicta tenēt doc.ī d.l.sicut.de act. & ob. & bene.

Item oppo.in contractibus innominatis, licet non sit nata ciuilis obligatio: tamē est nata naturalis, quæ impedit repetitionem soluti: vt l.naturaliter.de condi.inde. ergo illud, quod soluisti, non potes repetere ex pœnitentia: quia naturaliter erat debitum. R ñdeo, non erat debitum naturaliter simpliciter: sed debebam centum vt ires Capuā ad recipiendum: ad istud tuum ire Capuam nullo iure eras obligatus: vt d.l. qui pecuniam.ś.si cer.pet. Si ergo ex pœnitentia tollitur ne eas Capuam, vel ne impleas contractum ex parte tua, tollit̄ obligatio naturalis: qua tenebar tibi soluere: & sic apparet modo omnino solutum indebitū. quod ergo hic dicitur quod potest

a pœnitere: non intelligas[a] eius quod dedit principaliter quia cū ad id esset naturaliter obligatus, nō potest pœnitere: sed intelligas q̄ pœniteat eum de eo quod per aduer

10 sam partē est faciendum. Et ex hoc †apparet mediū, per quod in libello concluditur.

Si quis tamen diceret in libello: repeto decē quæ dedi quia pœnitet me dedisse: licet improprie loquat̄ tm̄ istū libellū nō reprobo: nā cū de hoc nō possit pœnitere, ni si prius pœnituerit de eo quod est p̄ aduersariū faciendū: videt̄ etiā de illo pœnitere:

b vt l.illud.de acqui.hære. His expeditis[b]

11 reassumamus breuiter vtrū in †cōtractibus sit locus pœnitētiæ: & dicaut loq̄mur in cōtractib⁹ nominatis: & nō est locus pœnitētiæ ī eo, ī quo obligatio est cōtracta: vt l. sicut.j de act. & ob. & l.in cōmodato.§.sicut.j.cōmoda. & hoc nunq̄ fallit. Aut loq̄mur in contractibus innominatis: & tunc aut sunt celebrati causa minuendarū litiū: & non licet pœnitere. vt l.iij.in princ.ś.eo. & l.quāuis. C.de transact. Aut contractus innominati celebrātur ad aliud quā cā mi

✠POMATES.

a ¶Nō itelligas. Hoc reprehendit Bald.in nouel.in repeti.rub. de verborum oblig. col.ix. & sequen. Et not.quod regula huius legis quod in cōtractibus innominatis est locus pœnitentiæ: loquitur in contractibus innominatis respectiuis q̄ sunt quatuor, de quibus in l.naturalis.de præscrip.verb.non autē in contractibus simplicibus. De quo vide quę scripsi ad Bar to.in l.si cum fundū. supra de pac. Et pro ratione glo.hic confirmatæ per Bart.facit: quia si conuenit inter me & Titium vt dem sibi aliquid in contractu innominato nō poterit præcise cogere me vt dē sibi aliquid in cōtractu innominato. sed præstando interesse liberabor. l. naturalis. §.j. & ibi Barto. col.ij.ff.de præscrip. yer. & in l.stipulationes non diuiduntur. xj.oppositione. j. de verborum obligat. cum tamē alias si inter me & ipsum de dando conuenissem posset me præcise cogere vt darem §. sic tracq̄. institu.de act. Secundo facit quod licet in cōtractibus nominatis oblatio habeat vim perfecti complementi. l. Iulianus. §. offerri. ff. de actio. empti. tamē nō habet locū in cōtractibus innominatis vt est glos.in l.iurisgentium.in princ.in glo.magna in versi. vt aliquid faciam. ff. de pact. de qua Bal. in lege, ex placito. in xviij.q.C.de rerum permutatione.

✠POMATES.

b ¶His expeditis. Aduerte quod imo quoties mandatum dedisset causam contractui nominato quod tunc esset locus pœnitentiæ. text.l.cum in plures. §. mandaui. & ibi Barto.not. ff.loca. quem casum dicūt ibi esse frequētem Albe. & Pau. & ideo not.alius est casus, in quo etiam in contractu nominato licita est pœnitentia: quem ponit Barto.in l.quod scitis.in j.col.in fi.de agrico. & censi. lib. xj. Aduerte tamen quod limitatio Bart. loquitur in contractu locationis: & ipse allegat leges seq.in societate qualibet. l.si cōuenerit. j. pro soc.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Secunda Bartoli ſuper Digeſto veteri.

POMATES.
a ¶Sol. breuiter. Qñ defectus cauſæ inducat hanc condictionẽ.in hoc aũt omiſſis multis verbis Bar.hic facias tibi vnam regulam firmã q̃ datum ob cãm, ſiue cã ſit nullo modo ſubſecuta,ſiue ſit ſecuta,non tamẽ legitime: ſiue cã ſit expreſſa ſiue tacita ab vtraque parte intellecta,facit quod id, quod eſt datum,poſſit repeti hac condictiõe ex capite cauſæ non ſecutæ.Fallit quoties aliquid eſſet datũ propter cãm impulſiuam nõ aũt finalẽ: tunc defectus talis cauſæ non habet inducere hanc condictiõem,vt hic in gl. nullo enim mõ tale datũ repetit.Et qñ cã dicatur impulſiua vel finalis, vide hic per Salic.et Bar.in l. ij.ſ.fi.ff.de do. hic al leg.Secũdo fallit qñ cã eſt tacita,& ab vno tantũ intellecta: tũc enim datũ nullo mõ repetitur cã deficiente.l.ſi repetendi. C.eo.et hic in glo.dicitur. Tertio fallit quando eſſet aliquid datũ ob cãm impoſſibilẽ ſiue de iure ſiue de facto a ſciente:tũc enim nullo mõ datũ propter quod cã nõ ſit ſecuta repetitur.l. dictã.et l.ſi militem. C.eo.et hic per Bar. Quarto fallit quoties cã non eſt ſecuta caſu fortuito:qa debet implere:tũc enĩ licet reperatur vt hic in text.et Bart.ex capite cauſæ nõ ſecutæ,ſed ex capite pœnitentiæ. Quinto fallit quoties ſtat p eũ, cuius prima cã debebat adimpleri, et ne adimpleatur.tunc enim datũ nullo mõ repeti põt:cũ cã habeatur pro impleta. l.iure ciuili.ff. de condi.et demon.prout ẽ tex.et glo.pe.C.eo.alios duos caſus.in q̃bus licet cã deficiat, tamẽ nõ licet repetere,ponit Alex.in pe. col.de quibus dic vt hic per eum.

nuendarũ litiũ:& tũc aut a nulla parte eſt aliquid impletũ:& abſque dubio eſt locus pœnitentiæ. Aut ex vtraque parte eſt perfecte impletum,& nõ eſt locus pœnitentiæ,quia obligatio perfecta eſt:vt leg. ex placito .C.de re.p̃muta. Aut ex vna parte eſt impletũ perfecte et ex alia nullo mõ, & tunc aut ſupereſt facultas implendi: & eſt locus pœnitentiæ:vt ſ.eo.l.iij.§.j. Aut non ſupereſt facultas implendi:& tũc aut nõ ſupereſt mõ,nec vnquã fuit facultas ĩplẽdi d̃ iure vel de facto:aut ab initio fuit facultas implendi,& poſtea deſijt.Primo caſu aut ille,qui impleuit,fuit ſciẽs: et nõ eſt locꝰ repetitiõi ſeu pœnitẽtiæ, vt C. e. l.dictã et l.ſi militẽ.etibi no. Aut fuit ignorans:& tunc ſecus.l.iij.§.ſi q̃s quaſi.ſ. eo. Ex parte vero recipiẽtis nõ diſtinguit ſciẽtia ab ignorãtia: vt l.iij.§.ſi lib. homo.ſ. e. Secundo caſu poteſt quis pœnitere,dum tamen indẽnitati aduerſarij conſulatur: vt j.ea.l.§.fi.et no.ſ.eo.l.iij.§.j.nõ aũt poſſet repeti,quaſi cã nõ ſequuta:vt d.§.j. & l.pe.C.eo.niſi facultas implendi defecerit poſt morã aduerſarij,vt d.§.j.Et prædicta
12 vera ex parte implentis. †Ex parte vero eius,cui eſt impletum,non eſt locus pœnitentiæ,vt dictum eſt.et ita intelligas ea q̃ infra dicentur. Q̃nque ex vna parte eſt impletũ aliquid perfecte,ex alia eſt factũ aliquid de illo,et tũc aut illud,qd̃ eſt factũ eſt de prꝛeparamentis:aut de eo quod erat faciendũ.Primo caſu eſt locus pœnitẽtiæ dũ tamen indẽnitati aduerſarij conſulat, vt hic.Secundo caſu idẽ,vt hac l.§.item ſi quis dederit.R ō,quia faciendo aliquid, nõ impletur cõtractus:et ſic alius nõ obligat:merito eſt locus pœnitẽtiæ, vt dictũ eſt.Fallit fauore matrimonij,vt infra. e.l. qd̃ Seruius.et l.ſi ego.in princ.et §.j. infra de iure do. Q̃nq̃ ex nulla parte eſt factũ aliquid perfecte:et tũc ſine dubio eſt locꝰ pœnitentiæ,quia contractus nõ eſt perfectus,nec nata obligatio:vt l.ex placito.de re.permuta.facit quod no.C.de pac.l.j.in fi.magnæ glo.Contra hoc oppo.nã hic videtur contractus nominatus,ſ. locatio & cõductio,do enim pecuniã vt vadas Romam: et ſic nõ eſt locus pœnitentiæ,ſecũdum ea quæ dicta ſunt Sol. dicit gl. q̃ hic pecunia fuit data vt ſpecies,vel ipſe quire cepit, non conſueuit locare operas ſuas. Probatur hæc ſolutio in leg.naturalis.§.at cum.infra de præſcrip.ver.et tangitur hic
13 in gloſſ.parua prima huius leg.et in gloſſ. ſuper verbo,repetetur.et eſt verum.†Si enim vni curſori,qui conſueuit operas ſuas locare,ad hoc dedi pecuniam vt vadat pro me Romam , eſt locatio & conductio. Sed ſi cuidã hõeſto viro darẽ pecuniã vt iret p̃ me Romã,vel ĩ aliqua ambaſiata,vel ad aliqua negotia mea p̃ficienda, tũc eſſet contractus innominatus.Ita loquitur hic.quod apparet:qa pro eundo facit magnum apparatum,quod in perſona curſoris non cadit,vt videmus communiter. Sumus expediti de primo articulo,ſcilicet quando in contractibus innominatis ſit locus pœnitentiæ. Veniamus ad ſecundum,ſcilicet quã-
14 do ex defectu cauſæ compet it repetitio.† Opponi.& videtur quod etiam quando cauſa non eſt ſequuta,et per accipientem non ſtat,ſit locus condictioni:vt ſupra ead.l.§.j. in princi. Solu.fateor quãdo cauſa non eſt ſequuta facto eius qui debet implere.ſecus ſi caſu fortuito,vt hic . Et ideo gloſſ.hic per modum ſummæ tractat quando defectus cauſæ hanc condictionem inducit.In quo dicas plenius cũ glo. Aut deficit cauſa quia ab initio fuit impoſsibilis. Aut deficit cauſa,quæ fuit poſſibilis.Primo caſu diſtingue: Aut ille qui dedit,fecit ſciẽter: & non repetet. Aut ignoranter:& tunc ſecus:vt l.dictam.C.eo.& l.ſi militem.& ſ.eod.l.iij.§.ſi liber & §.ſubtilius. Secundo caſu quãdo deficit cauſa poſsibilis:aut deficit caſu fortuito aut facto eius,qui debet implere,aut eius,in cuius perſona debet impleri. Primo caſu aut ante moram:& non eſt locus cõdictioni ob cauſam,quaſi cauſa non ſequuta:ſed ex pœnitentia ſic,vt hic. Aut poſt moram:& tũc ſecus,vt l.iij.§.j.ſ.eo.Secundo caſu indiſtincte eſt locus repetitioni:vt d.l.iij.in princ.& §.j.ſ.eo.l.naturalis. quaſi per totam,l.j.de præſcri.ver.Tertio caſu non eſt locus repetitioni,quaſi cauſa non ſequuta:vt l.pen.C.eod.ſed quando pœniteat,poterit repeti:vt d.l.iij.§.j.alias ij.ſ.eo.& hic. Et prædicta vera,quando cauſa,ob quam datum eſt,aliter non eſt ſequuta:ſed ſi eſt ſequuta aliqualiter,& non eſt perfecta : vt puta quia ſequuta eſt de facto,ſed nõ de iure:vel eſt ſequuta,ſed non ex ea cauſa,ex qua datum eſt:tunc ſimiliter habet locum condictio:vt ſ.eo.l.iij.§.ſi liber.& §.ſi quis quaſi.Et prædicta ſunt vera,ſiue cauſa ſit expreſſa,ſiue tacite actũ ab vtraq̃ parte : vt l.nõ omnis.ſ.ſi cer.pet.& l.j.§.j.ſ.eo.& l.iij.§.ſi quis quaſi.& ibi not. ſ.eod ſecus ſi ab vna parte tantum,vt l.ſi repetendi.C.de condi. ob cau.& d.§.ſi quis quaſi.in fi.& hæc vera in cauſa finali.ſecus
15 in impulſiua:vt j.de dona.l.ij.§.fin.quæ quando præſumatur†finalis,& quando impulſiua,dic vt per Dy.in d.§.fi.& latius ibi dixi. Gul.tangit & ibi per Cy.C.de epiſco.& cler.l.generaliter. & per Dy.in c.decet.extra,de regu.iur.lib.vj.hæc non eſt bene
16 noſtra materia. †Iuxta prædicta quæro vtrum condictio ob cauſam habet locum ſolum in contractibus innominatis.Reſpon.quod habet locum in contractibus innominatis,vbicũq̃ illud,quod eſt datum vel factum,poteſt repeti. Alias ſi repeti non poſſet,haberet locum actio de dolo,vel in factum : vt l.cũ p̃ponas.C.de dolo.& l.naturalis.§.ſed ſi dedi.& §.ſeq.j.de præ
17 ſcri.ver. Item habet†locum in omni datione quæ fit ob cauſam, licet contractus innominatus non reſultet: vt ſi do tibi aliquid vt aliquid ego faciam,vel do vt aliquid faciat quidã tertius,vel do vt aliquid obueniat:in quibus,licet non reſultet contractus innominatus:tamen ſi cauſa ceſſat,habet locum condictio ob cauſam.tex.eſt not.in l.ſenatus.§.j.j.de dona.cauſa mor.probatur in l.j.§.ſi parendi.ſ.eo.& per multas leges iſtius tit. Quæ
18 ro vtrum ad hoc vt danti competat†cõdictio ob cauſam,ſit neceſſe q̃ perfecte contractum impleuerit ex parte ſua.Glo.videtur tenere quod ſic,in l.actione.C.de tranſac.alias non haberet locum cõdictio ob cauſam,ſed actio de dolo,vt ibi no. Quæ
19 ro:quid ſi contractus†eſt ab vtraque parte perfectus: tñ poſtea ex vna parte illud implementum reſcinditur:forte quia res euincitur:an habeat locum condictio ob cauſam?Reſpõ.ſic:vt l.ſi.j. eo.fallit in contractu tranſactionis:vt l.ſi pro fundo. C.de tranſact.in quo non agit̃ condictione ob cauſam,ſed præſcriptis verbis ad intereſſe eius quod fieri cõuenit, vt ibi patet. Procedo vlterius.dicitur hic quod datur condictio ob cauſam ad repetẽdum illud,quod eſt datũ.Contra,imo datur cõdictio ad aliud.ſ. ad fructus,& ſimilia:vt j.eo.l.cum quis.Sol.Huius timore glo.
20 hic tractat†ad quid detur cõdictio ob cauſam. Dico q̃ datur ad repetendum illud quod eſt datũ,ſi eſt ſpecies,vel tantundẽ ſi eſt quãtitas:vt l.j.j.de re.permu.& hic.Item dat̃ ad naturales acceſſiones,non ad ciuiles:vt j.eo.l.cum quis.& q̃ nõ ad ciuiles,probatur in l.j.C.de condi.inde.& l.quoties.C.de cõdi.ob tur.cau. Item datur ad repetẽdũ illud quod eſt datũ vere,ſeu datũ interpretatiue,vt glo.dicit:non autẽ datur vt fiat quod conuenit,vt dixi in l.iij.§.j.ſ.eo. Vltimo oppo.de l.qui operas.j.loca.Solu.
2 †dedit causam contractui stricti iuris, valet cõtractus: vt l. dolo. C. de inuti. stip. Sed trãsactio est stricti iuris: ergo &c. Solu. secũdum p̃dicta hic dolus nõ dedit causam transactioni immediate: quia nõ fuit quis inductus dolo ad transigendum sed dedit causam liti. Vnde de alio dolo loquit hic quam ibi, in quo est alia ratio quã ibi. Fa-
g teor [g] tamen quod si quidem transactio p̃ dolum est interposita super actione bonæ fidei, transactio esset nulla. Nam sicut con-
h tractus bonæ fidei est nullus [h], quando dolus dedit ei causam: ita etiã dis̃tractus seu cõtractus resolutus adhibitus super eo cõtractu dolo dãte causam est nullus: vt l. de
i tutela [i]. & ibi nota. C. de in integ. resti. mi. Sic potest intelligi quod no. in d. l. sub prę textu. C. de transact. in eo quod dicit trãsactionem nullã, & actione de dolo agi ad repetendum quod est datum, sicut in con-
k tractibus bonæ fidei dicit in l. eleganter. [k] in prin. ſ. de dolo. Oppo. C. de plus peti. l. j. Solu. ibi fuit transactum super dolo: non tamen per dolum secundum veram solutionem.

Id quoque. Prosequitur secũdũ membrum summæ
3 &c. †Nota ex hoc §. quod error in causa non obligatoria nõ inducit repetitionẽ. vt dixi in l. damus. ſ. eo. Et intelligitur nõ obligatoria de iure ciuili vel naturali: licet sit obligatoria illius generalitatis: quia benefacientibus ad remunerãdum tenemur, vt patet ex hoc tex. Quærit glos. quid si alias donaturus nõ erat. Dic vt dixi in d. l. damus. ſ. eodem.

Sed & agere. Vtrum datũ pro conditione implẽda repetatur condictione indebiti, vel ob causam, dic vt dixi ſ. eo. l. is cui. & tangitur per glo. j. in l. fi.

Quod ob rem. Hic dicitur de tertio. Istud est examinatũ ſ. in ti. de condi. ob causam.

Ei qui. Hic incipit tractare proprie de condict. indebiti. Quę rit gl. quo iure veniunt fructus & partus. Respondet, iure actionis. Vidistis in l. indebiti. in prin. ſ. eo.

l In frumento. [l] Iste est notabilis §. Primo oppo. in obligatione dandi re perempta agitur ad ipsam rem, nõ ad æstimationẽ: vt l. si seruũ. §. fi. de verb. oblig. & l. pe. ſ. ti. ij. hic autem dicit agi ad pretium: quare male. Quidam

a ¶ Duplex est iusgentiũ. Sed qũo potest dici q̃ de primæuo iure gẽtiũ fuerit introducta obligatio naturalis, cũ illo iure dñia distincta nõ essent: sed ex secũdo iure: vt l. ex hoc iure, &c. vide Bart. in l. frater à fratre. in xxx. col. ſ. hoc eo. titu. de cõdict. indeb.

POMATES.

b ¶ Iure gentiũ. vide Are. in l. j. ſ ij. glo. ff. de acq. pos. vbi subtiliter tenet, q̃ simplex. ẽ iusgentiũ nopossessionẽ ẽt de iure gẽtiũ. qd' magni facit Lãcel. in l. j. ff. de acqui. poss.

c ¶ In summa. Per istã l. in prin. Bar. elegãter dixit n extraua. ad reprimẽdũ. ſ ver bo, summarie. qd' si cã committat q̃ cognoscat summarie: nihilominus nullus ordo iudiciarius sub stãtialis debet omitti: licet esset secus in dilatiõe & simi. Sic enim Iurisc̃ons. nullũ casum repetitionis omittit, & tũ dicit ſ summa, i. summarie &c. ergo idẽ in casu nostro.

d ¶ L. q exceptionẽ. Quidã cõtra, & melius, vt p Imol. ſ l. si qs cũ aliter. de verb. obliga.

¶ Trãsactio. Cõtrariũ videt tenere ipse Bar. in l. sub prętextu. & ſ l. siue apud acta. C. de trãsac. sed nõ meret allegari cõtrarius: qa ipsemet dat plures sol. Vide eũdẽ cõcor. lxxxj. ſcip. calũniose se defendendo.

e ¶ A reo. Sed Bar. in d. l. sub prætextu. in l. siue apud acta. distinguit reũ ab actore. & sic ẽ cõtrarius.

POMATES.

f ¶ Turpiter. Vid' Panor. cõs. xij. ſ vlt. co. ij. vol. & cõs. xv. eo. vo. & cõs. cxiij. ſ ij. dubio. eod. volu.

POMATES.

g ¶ Fateor. Vide aliquid per Alex. in l. si quis cum aliter. in princip. ff. de verbo. obliga.

h ¶ Nullus. Vide Barto. in l. ab emptiõe. in princip. ſ. de pac. & in l. sub prætextu. de transactio. Ludouic. in l. si cum dotem. §. si mulier. j. solu. matrimo

i ¶ L. de tutela. Et est de hoc casus notab. in l. si cum dotem. §. si mulier. j. solu. matrimonio.

k ¶ Eleganter. Vide gl. ſ l. actione. C. de transact.

l ¶ In frumento. In prin. huius §. adde Bart. ſ. eo. in l. quod indebitum.

Universidad de Deusto Biblioteca

a ¶Et sic. Si indebite vel sine causa habitasti domum meã, qualẽ pẽsionẽ soluere debes, an quanti locaturus fuisses, an quanti conducturus fuisses? vide tñ quæ dixi in l.serui electione.§.fi.de leg.j.et qđ no.Bar.in l.in hanc.de dã.infec.vid l.creditor.& qđ ibi Bar. & Bald.C.de pign. actio.& vide Bald. oino in l. cõtractus. C. locati.vbi ponit qd uxor habitãs post mortẽ viri in domo locata viro, tenet ad pẽsionẽ cõpetentem taxandã officio iudicis, nisi iure familiaritatis habitauerit cũ hæredibus viri. Et ad Bart.hic adde Io. An.in tit.de loca.§. postquam.in addi.secundum Roffre. & Bal.in l.cum quẽrit. §.qui impleto.j.loca. Adde Spec.in tit.de pig.§.j.circa fi.

✠ POMATES.

a ¶Et sic. Vide Alex. cõsi.cxviij.in iij.volu.& cõsi.xlij.in vlt. col.in iij.volu.& cõ si.clxxx.in j.co.in ij. vo. Ro.cõsi.clxviij. & Alex.consi.cviij. col.iij.in vol j.& cõ si.iij.col.fi. vol. v.& Ro.consil.ccccxxiij. col.j.

b ¶Tutor. Ad huius intellectũ vide Bar. in l.dñs.in fi.ff.eo.

✠ POMATES.

c ¶Istud. Vide Alex. cõsi.xj.i iij.col.j.vol.

✠ POMATES.

d ¶Et idem.vide Alexan.consi.xlij.in iij. col.in j.vol. Ang.cõsi.xcix.in iij.col.

e ¶Apponitur. Imo, ic. cum contingat. in xxxvij.char.de iure iuran.

✠ POMATES.

f ¶Renunciationem. Faciunt q̃ no. Barb. consi.xxviij.in viij. colũ.in j.volu. Et de isto articulo vide ali quid per Alberrum post Iaco.de But.& Gul.de Cugneo ĩ l. j.ff.eo.ti.& Ang.hic. & Pau.de Ca.consi. cxxxj. inci.licet ista differẽtia.in vlti.co. Qui oẽs videnẽ tenere opinionẽ Bart.& ab opi.Bar.hic durũ est in practica discedere, vt dicit Iason ĩ d.l.j.vbi examinat hunc articulũ. Facit quod no.idem Bar. in l.si ex cautione.& ibi Pau.de Ca.in ij. col. C.de nõ nu.pec. quem sequitur Imo. in c.si cautio.de fide instru. Facit qđ tradit Specu.in titu.de excep.§.ij. ver.cæterum. Et contrariam tenet opi. Fulg.hic, & Imol.quẽ allegat hic do. Alexan.in cõmento.c.cum cõtin-

concedunt contrariũ, & dicunt q̃ hic agitur ad frumentum, & consequitur pretiũ. Et ita dicunt Vltramon.in l.vinum.si cer. pet.§.quod est destruere istum tex.& ideo dico q̃ pretium repetitur. Ad contrarium respondeo q̃ in condictione indebiti nõ est ipsa res soluta in obligatione: sed id, in quo quis est locupletior: vt j.l.proxi. & §.eo.l.si non sortem.§.libertus. Sed hic re consumpta quis est locupletior in pretio: ergo pretium repetitur q̃ est in obligatione. hoc sentit glos.in l.in hac.in fin.j.de triti. Oppo. quando soluitur quantitas, repetitur tantundem, non æstimatio: vt l. quod indebitum.§.eo. sed frumentum est quantitas: cõsistit enim in pondere, numero, vel mẽsura: vt l.ij.§.mutui datio.§.si cer. pet. ergo debet tantundem repeti. Solu. dicit glo. hic frumentum solucbatur vt debitum in specie: secus si vt debitum in genere, vt in contrario. Dubito de hac solutione. Possumus forte dicere q̃ in quantitatibus, quarum æstimatio variatur, vt in frumento, vino, oleo, & si. procedit hic.§. nereus cõueniatur vltra quam sit effectus locupletior, contra naturam condictionis indebiti. Contraria loquũtur in pecunia, cuius æstimatio non variatur, sed per ipsam aliæ res æstimantur: vt l.si ita.j.de fideiuss.

Et sic. [a]Tene menti hunc §.& nota ipsum ad hoc: Habitasti ĩ domo mea: certe si quidem eam habui locatã ab alio, †quid iuris sit, habuisti in l.si vrbana.§.eo. Si habuisti à me, si quidẽ indebite: repetitur quanti cõducturus fuisses, vt hic. Sed si non habuisti à me, sed si simpliciter habitasti: putarem agendum condictione sine causa ad id, quanti conductus fuisses: argu. huius §.& j.tit.j.in l.j.

Si seruum. Oppon. q̃ non potuit manumittere, qui non fuit dominus: vt j.de condic.fur.l.quoniã. Solue vt in glo. Oppo. de l.si is cui.§.de dona.causa mortis. Sol. aliud in donatione causa mortis, vt in glo. Tertio oppo. Institu.de leg.§.si res legata. Sol. aliud in hærede, qui habet cõmodum a defuncto. Ita dicit glo.hic. Contrarium plene examinaui in l.si seruum.§.de illo.j.de verb.oblig.

67. STichus. Datum pro liberate ab eo, qui postea reperitur ingenuus, repetitur. h.d. Quæro qua actione repetatur. Dicunt quidam condictione indebiti, vt sic faciat ad titulum. Alĩ dicunt, cõdictione ob causam: quia fuit datum ob causam de futuro, non ob causam de præterito. Et in hoc resident gl. Mihi plus placet prima opi. quia lex in dubio debet intelligi secundum naturam tituli in quo posita est, & ad illam actionẽ debet referri: vt l.imperator.j.de in diem addic. & ita hic intelligatur de cõdi. inde. Pro hoc facit §.eo.l.is cui. & ibi de hoc plene dixi.

Tutor. Si res mea ad te sine cã peruenit, & desinit mihi aduersus alium esse consultum: à te repetam. h.d.

b Quæro, qua actione aget iste tutor[b]. Potes intelligere q̃ agat cõdictione sine causa ex æquitate. l.si & me et Titium.§.si cer. pet. Omnia enim hic concurrunt: quia ad illum creditorem peruenit indebitum ex causa lucratiua: nec est tutori consultum aduersus alium, nec imputat in ratione tutelæ. Possumus etiam dicere q̃ agatur vti li condictione indebiti: cum pupillus ratũ non habeat, cuius nomine gestum est: vt l. si absentis. C.si cer.pet.& no.§.eo.l.si procurator. Ita videtur sentire glo.

Titius. Duobus idem debitum soluentibus, vltimo soluenti repetitio conceditur. hoc dicit. Nota† ex
5 petitio conceditur. hoc dicit. Nota† ex parte rei esse procuratorem in rem suã. Facit §.famil.ercis.l.plane.de ꝓcur.l.si actor.
6 & idem ibi nota. Nota† procuratori in rem suam indistincte dari condictionẽ in-
7 debiti. †Nota vltimo soluenti dari repetitionẽ. De hoc vidistis etiam in l.cũ duo. §.eodem.

1 ☞ *Condictio indebiti q̃ non tollatur per promissionẽ de non mouendo controuersiam.*
2 *Clausula, & renunciauit condictioni indebiti, & sine cã, actioni in factum, & omni alij auxilio, apposita in contractu quid operetur.*
3 *Clausula, sciens se ad infra scripta nõ teneri, quid operetur.*
4 *Verba contractus debent intelligi vt non contineant repugnantiam.*
5 *Cautela vt apponatur clausula ad hoc vt tollatur cõdictio indebiti.*
6 *Clausula, nihil promiserunt facere contra diuisionem, quod non impediat petitionem fideicommissi.*

Idem quæsiuit. Iste est solennis §. Per† promissionem de non mouendo cõtrouersiã, non tollitur condictio indebiti. h.d. Gloss. non dicunt hic aliquid. Sed quæ est ratio huius §. Possumus dicere q̃ in generali remissione non veniunt ea, quę qs sibi ignorabat competere: vt l.mater.§.de inoffi.testa.& §.de pact.l.tres fratres. Sed hic quis ignorabat sibi competere condictionem
c indebiti: ergo &c. Istud[c] non videtur verũ: quia potest esse animus remittendi etiã incognita: vt l.sub prætextu specierũ. & ibi no. per doc. C. de trãsac. sicut pater potest
h habere animum prætereũdi filios, si quos haberet etiam si ignoret se eos habere: vt l.qui iure militari.j.de testa.mili. Vnde credo q̃ prior ratio sit: quia ea ratione, qua promittit indebitum, eadem ratione appo
d nit istam clausulam: & idem[d] error est in vtroq̃: merito datur cõdictio indebiti. Facit l.doli mali exceptio. in verb. diuersum. de noua. Et per hoc puto q̃ illud, quod
e apponitur[e] hodie in contractibus, videli-
2 cet, & renunciauit †condictioni indebiti, & sine causa, actioni in factum, & omni alĩ auxilio legum, &c. q̃ per hanc renũciationem[f] condictio indebiti non tollit. Casus est hic. Nam idem error, qui est in principali promissione, est in hac renunciatione: & sicut indebite promisit, ita indebite renunciauit & conuenit. Vnde vt prædicta essent, †notarij in principio cõtractus
3 dicunt sic: Titius sciens[g] se ad infra scripta
g h non teneri[h], promisit, &c. vt per hoc tollatur condictio indebiti, quæ non datur promittenti vel soluenti scienter: vt §.eo.l.j.& l.fideicommissum.& j.de reg.iur.l.cuius p
i errorem. Circa[i] prædictam clausulam quæro, quid si j.ex serie instrumenti appa-
1 ret q̃ promisit ob aliquam causam præcedentem obligatoriam, si vera esset, vt puta dixit sic, Titius sciens se ad infra scripta nõ teneri promisit decem Mæuio, quæ ipse Mæuius

gat.& col.cxxiij.de iureiuran.& in c.penulti. in xv.colla.de emp.& ven. Contrariũ tamen tenet Areti.in l.si quis cum aliter.in vlti.colũ.ff.de verbo.obliga. Et de isto articu. vide Iaf. in d.l.j.in prin.& in l.cum quis.C.de iu. & fact.ignorã. Facit etiã quod not. Bart. pro opi. sua hic, in l. si quis cum aliter.j. de verb.obli.& Alexan.in d.l.si quis cũ aliter.in iij.co.& cõsi.lxxix.in v.colũ.in ij.vol. Barba.consil. xvj.in viij.col.in ij. volu.& Alex.etiam xlij.co.ij.vol.j.& cõsil.lxxxix. al's lxxx. col.iij.in fin.volu.ij. Pau.de Ca.ccxl.col. j.in j.dubio in simili. clix.col.iij.in fin.vbi dicit sequendo Bar. hic q̃ clausula, ex certa scientia, nil operatur in his quæ apparent ignorata.

✠ POMATES.

g ¶Sciẽs. De ista clausula vide Alex.in l. sed & si quis.§.fi.ff.si quis cautio. Pau.de Ca.consi.cxxxj. Roma.consi.viij.in vlti. col. Alexan.consilio cxcviij.in iij.col.in princip.in ij. vol.& late Feli.in c.cum inter priorem.in j.col. cum duabus sequen. de except. Et de ista clausula vide omnino Alex.consi.cxiij. in ij.col.in iij.volu. & consi.iij.in iij.colum.in j.vol.& xlij. in iij.col.j.& ij.vol. col.xij.in fin.& seq. vol.ij.

h ¶Teneri. Quando notarij dicũt, sciens se nõ teneri ad infra scripta, facit qđ not. ĩ l.si quis cum aliter. de verb. oblig. circa fi.& ad hoc ĩ fi. adde quod not. Bart. in l. iij.§.fi.in fi.ff.si quis caut. not. Bart. in l.si dari.de ver.obli.& vide not. Barto. in l. mater. in ij.col. C. de rei vendi. de eo qui dicit, ex certa scientia & sponte confessus fuit: q̃ non præsumiť aliquis error, & statur instrumento. ibidem, in viij.q. C. de rescin. ven.& per Imo. in l.j. de verborum oblig. Adde quando dicit, ex certa scientia: illa habeť pro causa, licet causa nõ esset expressa, vt voluit Bal. consilio ccccxvij.inci. Ioan. Raionsius. lib. iij.

✠ POMATES.

i ¶Circa. Vide in eũ disponere no. instrumentum debere sic intelligi, ne repugnãtiam contineat. De quo vide Alex. consi.xxvij.col.fin.in ij. volu.& consil.xliij.

Mæuius mutuauerat pri dicti Titij, cuius est hæres si postea
4 apparet indebitũ, quæro an possit repeti. R ñ. Debes scire † q
a verba, [a] quæ apponuntur in cõtractibus, debẽt intelligi vt repugnantiam non contineãt: sed debent adiuuari vt non contineãt repugnãtiã si possunt, vt in prima cõstitutiõe Codic. §. q bus. Vnde cũ dicit, sciens se ad infra scripta non teneri: debet intelligi nisi ex cã infra scripta, alias cõtinerent repugnantiã: vt l. vbi repugnãtia. de reg. iur. Pro hoc. j. quod vi aut clã. l. j. §. j. vbi dicitur, nulla exceptio possit opponi. & tamen ibi subau
5 ditur nisi infra scriptæ positæ in illo titulo. Et iõ † si quis vellet euitare ista, deberet dicere. Et si aliquo casu appareat prædicta promissa indebite, ex nunc donauit & dedit quicquid per cõdictionẽ indebiti vel sine cã vel per errorem posset repetere, vel ex aliquo cõtractu, vt l. si quis rõnes. de lib. lega. In casibus aũt prædictis: in quibus dixi dictas clausulas nõ operari, esset certum & indubitabile qñ ille, cui promittitur, esset ĩ dolo, vt d. l. tres fratres. supra de pac. Vel si error procederet ex testamẽto incognito: vt l. fi. C. de reb. credi. & ſ. de trãsact. l. de his. Vltimo scias q hæc est vna de legibus, quas allego pro opi. quã teneo cõtra Dy. in l. qui Romæ. §. duo fratres. de ver.
6 obli. vt illa verba, promiserunt † nihil facere contra diuisionẽ, non impediant fideicommissi petitionem ex testamento paterno. De liberatione aũt generali dixi in l. si ex pluribus. de sol. & in l. si de certa. C. de transac. dic vt ibi.

1 ☞ *Restitutio concessa super principali, q ad accessorium non extenditur. & vu. 3.*
2 *Quæ possunt examinari finita causa principali.*
4 *Quod debetur iudicis officio, an possit in compensationem deduci.*

b **Lucius Titius.** [b] Restitutio † concessa super princi-
1 pali, ad accessoriũ non extẽditur. Itẽ q d per in integrum restitutionem quis posset consequi, nõ posset in cõpensationem deduci. h. d. iste notabilis §. Oppo. q si minor fuit læsus in sorte, eadem rõne in vsuris: vt l. eos. in prin. C. de vsu. et de legi. l. nõ dubiũ. Sol. dicit gl. fateor q etiã in vsuris põt peti restitutio, sed hic nõ fuit petita: posset etiam de nouo peti, vt gl. dicit. Contra hoc oppo. de l. iiij. C. depositi. [c] gl. soluit notabiliter, & tene menti, quædam veniũt expe-
c 2 dienda † officio iudicis mercenario, et illa nõ possunt examinari finita causa prĩcipali: vt d. l. iiij. C. depositi. et l. terminato. C. de fru. et lit. expen. Quædã veniunt terminãda per officiũ iudicis nobile: & tũc licet sit finita causa super prĩcipali, adhuc durat officiũ iudicis nobile super accessorio, et illa bene poterit expediri finita cã principali. hic est casus. hic vide gl. et not. eam ibi: posset tamẽ dici. Ad hoc facit quod dicã infra de re iud. l. quod iussit. Nam ibi dico: pone q iudex ex officio nobili aliquid iubet. verbi gratia, dat tutorẽ, cui permittit alienationem, et vult reuocare: potest, & c. dic vt dixi de hac q. Oppo. j. de compen. l. quod in diẽ. §. si rationem. Sol. hic posset peti si esset indebitũ: sed nõ apparet indebitum, antequã detur resti-
3 tutio: ergo & c. Opp. † sublato principali, tollitur accessoriũ [d]:
d vt l. eos. C. de vsu. ergo hic restitutio cõcessa super principali videtur concessa etiam super accessorio. Solu. quando ab initio obligatio principalis esset nulla etiam esset nulla obligatio vsurarũ: sed quando ab initio fuit valida principalis et accessoria, restitutio in integrũ non esset tantæ potentiæ q tollat accessoriã: vt l. j. & ij. C. de fideius. mino. et hic. Ad finẽ opp. om
e ne quod debetur [e] naturaliter, potest cõpensari: vt l. etiã. infra de cõpen. sed hic debetur: quia potest fieri restitutio in vsuris, ergo & c. Sol. glos. dicit: nõ debetur ante restitutionem petitã & iõ non potest compensari. Sed quid dices de alio quod de-
4 beretur iudicis † officio, an posset in cõpẽsationẽ deduci? R ñ. officium iudicis, per quod conceditur restitutio habet tollere quoddam obstaculum quod obstat de iure communi: alias non daretur restitutio, vt l. in causæ. supra de mino. ideo de eo non potest opponi compensatio, donec istud obstaculum omnino tollatur. Sed si alias directo deberetur, per iudicis officium posset in compensationem deduci: vt infra de compen sa. leg. si ambo. §. penul. leg. fi. & leg. pecuniam. et infra de fur. l. si seruus. §. j.

De condictione sine causa. *Rubrica.*

1 ☞ *Condictio sine causa licet sit generalis, tamen est species ab alijs separata.*

2 *Condictio sine causa q concurrat cum condictione certi & incerti.*
3 *Hæc condictio quando habeat locum in contractibus innominatis.*

LEX I.

Est & hæc. Hæc est specialis condictio, & concurrit cum cõdictione indebiti, ob causam, & ob turpem causam. h. d. In tex. ibi: est & hic species condictionis. dic, id est species seu cõdictio per se distincta ab alijs condictionibus. Et si quæratur, in quibus casibus habet locum? Respondetur: si quidem sine causa, & c. vt in
1 tex. Opp. q hæc † condictio non sit specialis, imo generalis: quia cõcurrit cũ alijs, vt hic patet in tex. Solu. quod hic dicit, est species cõdictionis, expone vt dixi, quod est species distincta ab alijs, licet hęc generalius competat quam competant illæ.

2 Quæro, vtrum † hæc condictio cõcurrat cum condictione certi. Respondeo sic, quando per hanc condictionem petitur certum: vt l. certi condictio. in prin. ſ. si
3 cer. peta. Quæro vtrum † hæc condictio ha
f beat locum in contractibus [f] innominatis. Et videtur q sic, vt hac l. Breuiter quando ista condictio concordat cum condictione ob causam, non habet locum, sed alias potest habere locum in contractibus nominatis, vt dicam j. l. proxi. Venio ad versi. qui autem. & opp. de l. si non sortẽ. §. libertus. ſ. titu. j. Solu. vt in gl. Venio ad versic. siue autem. & oppo. de l. cum filium. §. hæres. de lega. ij. Glo. non soluit. tu dic q hic deuenit ad talem finem, qui se nõ compatitur cũ principio. Vnde paria sunt, ab initio non fuisse, vel ex post facto ad talem finem deuenisse. in contrario deuenit ad talem finem, qui se compatitur cũ principio. Opp. ſ. tit. j. l. fi. Sol. ibi nõ deuenit ad causam, anteq restitutio petatur.

1 ☞ *Condictio sine causa quando detur contra ea quæ veniunt in sententia.*
2 *Per condictionem sine causa condicitur æstimatio soluta.*
3 *An soluenti æstimationem rei debeat cedi seu reddi actio, remissiue.*

LEX II.

Si fullo. Si res, pro qua solui æstimationẽ ei à quo causam habeo, ad eum redeat: potest agi actione ex eo cõtractu, vel condi-
f ctione sine causa ad rem solutã. h. d. & est multum not. Oppo. solutum per senten
g tiam non repetitur: [g] vt d. l. prima. C. de cõdictio. indebi. & l. si fideiussor. §. in omnibus. j. manda. Solu. dicit glos. hic fuit conuentus extra iudicium: vel dic quod cõtraria loquuntur in condictione indebiti: hic in condictione sine causa: quod not. quia condictio indebiti non datur contra sentẽtiam, sed condictio sine causa sic. Ita intelligunt glo. nostræ hic, & in legibus contrariis. & in l. si sine. §. j. j. rem ra. habe. Docto.
1 † moderni dicunt aliter, & melius, q nulla condictio datur contra ea quæ venerunt in sententia: vnde si per condictionem dicitur male iudicatum, condictio cessat: vt l. j. C. de condi. inde. & d. l. si sine. §. si procurator per iudicem. sed quando per condictionem, non dicitur iniusta sententia,

in ij. volu. & consil. lxxxij. in iij. vol. & cõsil. cxlj. in v. volu. & consi. clxxx. in v. vol. Aret. cõsi. xc. & cõs. vij. i prin. Raph. Cu. cõs. vij. xvij. co. in ij. dubio. Ro. cõsi. lvj. in ij. col. in versi. nihilominus. de testibus. & in iij. colũ. ver. & pcedit. di testa. & Soci. cõsi. ccc. col. j. & Puteum in l. fi. C. de eden.

a ¶ Verba. Et facit qđ not. Cy. & Bal. in l. cũ falsa. C. de iur. & fac. ign. Quid autem operet gñalis renunciatio, & oĩ legũ auxilio, vid Bar. i aut. mĩi & auiæ. C. quã do mulier tute. offic. fungi põt. Adde qd operetur renũciatio gñalis, Bal. cõsil. iiij. lib. iij. Spe. in ti. de renun. §. j. ver. cui.

P O M A T E S.

b ¶ Lucius. Idem not. Ro. sing. dxcj. & vide ad qd allegat hãc l. Panor. cõsi. xxxv. in prin. in ij. volu. & Are. in l. si filius q patri. col iiij. j. de vulg. & pup. & Soci. cõsi. iij. col. vij. & sequẽ.

c ¶ C. depositi. Et vide omnino sing. per Moder. i l. cũ i vna. ff. de app. & Ang. & Imo. i l. Paulus. la. j. j. de re iudi.

d ¶ Accessoriũ. Si qs restituit supra principali, nõ vr restituturus sup accessorio. qđ no. Secus i remedio oppositio. l. fi. C. qñ, quoc. & ibi bal. in j. q. qui dicit hunc text. singularẽ: & sic nota. bñ q extincto principali extinguit accessoriũ, si principale est extinctũ iure cõmuni: secus si iure speciali vel singulari.

e ¶ Debet. An quod debet officio iudicis possit deduci in compẽsationẽ vide Bar. in l. etiã. C. de cõpẽ. & ibi ẽt Bal. & Bal. in l. fi. ad fi. eo. tit.

f ¶ Cõtractibus. Vtrũ hæc cõdictio habeat locũ in contractibus nominatis, et qualiter formare debeamus libellũ i hac cõdictione, vid bal. in l. edita. i xviij. co. de eden. Et cui incũbat onus probandi causam non subesse, vide no. gl. & Bal. in l. ij. C. de do. aũ nup.

g ¶ Non repetit. An solutũ p sñam possit aliquo casu repeti cõdictione sine causa, addde Bart. in l. j. §. deniq. j. quod vi aut clam. in fi. & qđ not. dixit Barto. in l. senatus. in j. q. j. de accus. & oĩno Bar. & quæ ibi dixi in l. Iulianus verum debitorem. ſ. tit. j. in fi. vj. col. Ad.

Universidad de Deusto
Biblioteca

de Bal.conſil.lxxvj. lib.iij.

a ¶ Aeſtimationem. Sed Bar.in l. in commodato. §. fi. tenuit etiam cõpetere vtilẽ actionem in rem.de quo vide per Bar.in l.j.ĩ.pro emptore.

++ POMATES.

b ¶ Cõdicit. Vid Alexan.conſi.cĩj.col. iij. volu.j.

c ¶ Repeti. Et de hac materia per Bald.in rub.ſolu.mat.& ibi, quid in dote,& qd i arris,& quid in donatione, & tam pro matrimonio contracto de futuro,q̃ pro contrahendo.

d ¶ Saluari. Sed tu cogita.quia iſtam opi. Placẽtini nõ video poſſe ſaluari. Primo quia ſi mulier ſoluit ſciens ius & factum ſoluit ex cauſa de iure impoſsibili, quæ cauſa licet nõ ſequatur, impedit tamen repetitio. l.dictã.C. de condi.ob cau. & quod no.in l.ſi militẽ.eo.ti. Secundo cõtra hoc facit multũ l. cuius per errorẽ.de regu. iur.& per iſta eſſet rẽſum ad morituum Bar.ideo cogita:& de iſta materia legitur & no.in c.& ſi neceſſe.de do.inter vi.per Bal.in rub.ĩ. ſol.mat.&c.

ſed dicitur q̃ cauſa ſentẽtiæ deuenit ad nõ cauſam:tunc datur condictio ſine cauſa.& hic eſt caſus.Nam fullo confitetur ſe condẽnatum,& bene condẽnatum:tamen de nouo res peruenit ad dominũ: & ſic dicit cauſam deueniſſe ad nõ cauſam. Sed ſi veniret contra ſententiam,nõ audiretur per condictionem ſine cauſa:ſicut nec per cõdictionem indebiti.Ita no.doc.in l.j.C.de condi.indebi.& bene. Opp. condictio non debet habere locũ,vbi competit actio ex eo contractu:vt ſ.tit.j.l.qui inuicẽ.Sol. ibi in cõdictione indebiti:hic in condictione ſine cauſa.Vel verius dico q̃ iſtæ actiones competunt ad diuerſa. Nam † per condictionem ſine cauſa condicitur eſtimatio ſoluta,vt hic : per actionem ex eo cõtractu agitur alternatiue vt reddat rem vel æſtimationem:vt l.in commodato.§.fi.j.commo.& ibi videbitis. Oppo.q̃ non habeat locum actio perſonalis,ſed Publiciana vel vtilis in rem.ſ.de rei vẽdi.l.ſi culpa. a Sol.dicit glo.ibi ſoluit æſtimationem[a] ille, qui à non domino cauſam habebat:hic ſoluit æſtimationem ille, qui à domino cauſam habebat.Et intelligit Dy.hoc eſſe verum ſi poſt ſolutam eſtimationem res peruenit ad fullonem antequam reuerteretur ad dominum. Ita not.ipſe extra de regu. iur.& c.pro poſſeſſore.in v. q.lib.vj.quod quantum ad legem noſtram eſt diuinare. Dicam de hoc in d.l.ſi culpa. Tu tamen tene ſolu.glo.hic poſitam. Et eius ratio eſt: quia ille,qui habuit cauſam à me, vt cõmodatarius,fullo,& ſimiles,conueniuntur ratione culpæ:& ideo ſoluendo æſtimationem,videtur ſoluere æſtimationem culpæ,& non rei: ideo eis nõ datur in rem vtilis,ſed perſonalis,vt hic dicitur. Sed ille qui cauſam non habet à me,conuenitur ratione rei tanq̃ poſſeſſor: & ideo ſoluendo videtur ſoluere æſtimationem rei vt rei, non vt culpæ. Ita intellexit Hugo antiquus gloſſator,licet gl.nõ re
3 ferat,vt dicebat Iaco.But. Quæro vtrum debeat † actio cedi ſeu reddi ei qui ſoluit æſtimationem rei. Glo.tangit hic,& Dy. in d.c.poſſeſſore.& in l.is qui dolo.ſ.de rei vendi.ego autem dixi in l.in depoſiti.j.de re iudi. Dic vt ibi.

1 ☞ *Idem iuris quod eſt de toto ad totum,eſt de parte ad partem.& nu.3.*
2 *Obligatio ſine cauſa quando ſit ipſo iure nulla.*
4 *Condictio incerti an ſit proprium nomen actionis.*

LEX III.

b 1 QVi ſine. Qui ſine cauſa in totum vel in partẽ obligatur,liberationem condicit[b].h.d. Nota q̃ iuris eſt † de toto quo ad totum,idẽ eſt de parte quo ad partem,vt hic,& ſ.de rei vendi.l.quæ de tota. Opp.quod
2 non ſit neceſſaria condictio , cum obligatio ſine † cauſa ſit ipſo iure nulla:vt l.cum de indebito.in fi.infra de probatio.Solu.intellige quod hic fuit cauſa expreſſa,quæ in veritate erat nulla: quando autem cauſa non exprimitur,dicitur in l.hactenus.in
3 fra,de conſtitu.pecu. Oppo.& videtur quod † non ſit idem iuris de parte quo ad partem,quod eſt in toto quo ad totum:vt dicta l.quandiu.C.de diſtra.pigno. Gl.non ſoluit:tu ſolue quod in his quæ,ſunt omnino diuidua,idem iuris eſt de parte quo ad partem,quod eſt de toto quo ad totum. Ita loquitur hic.Sed in his,quæ aliquo modo ſunt indiuidua,hæc regula non procedit:vt in l. contraria. Probatur in l.in executione.§.pro parte.
4 j.de verborum obligationibus. Quæro,vtrum † condictio in certi ſit hic proprium nomen actionis.Gloſſa dicit quod non: ſed exponitur,id eſt,ſine cauſa.quod dic vt dixi in l.ſed & ſi me putem.§.j.ſ.titu.j.

NIhil refert. Paria ſunt ab initio aliquid eſſe tale, vel ex poſt facto deueniri ad tale.Hoc dicit hæc lex.

1 ☞ *Dos data occaſione matrimonij illiciti quod non contrahitur,quando poſsit repeti.*
2 *Argumentum à contrario ſenſu non ſumitur quando reſultaret prauus intellectus.*
3 *Dos data pro matrimonio illicito de facto contracto quando poſsit repeti.*
4 *Iuris ignorantia quando excuſet quo ad pœnam adulterij.*
5 *Titulus dotis quod ſit oneroſus.*

AVunculo. Iſta eſt fortis lex & h.d. Datũ ob cauſam impoſsibilem de iure,cauſa non ſecuta de facto condictione ſine cauſa repetitur.h.d.Primo loquitur quando matrimonium erat prohibitũ ratione conſanguinitatis.Secundo quando ratione affinitatis. Secũda ibi: nouerca. Iſta materia habet duas partes.Primo quãdo ſponſalia fuerunt facta,nec matrimonium copulatum.& de hoc tractat prima glo.Secundo quando matrimoniũ fuit de facto contractum & copulatum:& de hoc tractat ſecunda glo. Quæro ergo & reuoco in dubium caſum iſtius legis,videlicet quan-
1 do dos † datur nomine matrimonij illiciti quod non contrahi-
c tur:an dos poſsit repeti.[c] In gloſ.ſunt opi.ſcilicet tres. Prima q̃ poſsit indiſtincte repeti,ſi dans fuerit ſciens ſiue ignorans : & hæc fuit opin. Azo.ſiue Placentini:quod probatur per legem iſtam in eo quod dicitur , vtriuſq̃ turpitudinẽ verſari. Si enim fuiſſet ignorans,nulla eſſet turpitudo. Secunda eſt opinio quorundam,quæ recitatur in fi.gloſ.quod hic intelligatur de ignorante ius,vel factum. Nam ſi ſciret ius vel factum,non poſſet repetere.argu. C.ſolu.matrimo.l.ſi ignorans.Sed hæc non eſt vera:nam hic dicit,auunculo,&c.& ſic coniunctæ perſonæ,vt l.
2 octaui.ĩ.vnde cognati. Nec obſtat lex contraria : quia ibi † non debet ſumi argu.à contrario ſenſu,quia reſultaret prauus intellectus.Tertia fuit opi.gloſſatorum noſtrorum , vt diſtinguatur, aut ſciuit ius & factum:& indiſtincte non repetit. Aut ſciuit factum,& ignorauit ius:& tunc matrimonio non ſecuto repetit. Hic eſt caſus hic,& in l.j.de condi.ob cau.& in l.ſi tutor.de interdi.matr.Nam quando vterq̃ ſciuit,non eſt honeſtum quod illa poſsit repetere,cuius ſcelere matrimonium eſt pronunciatum nullum:vt ſupra,de condi.ob tur.cau.l.j.§.fina.& l.ſequẽ. Nec obſtat textus qui dicit.in delicto pari:quia illud refertur ad extrinſecos,non ad caſus poſitos in hac l.& iſtam tenent doct. communiter in l.qui contra.C.de inceſt.nupt.& in l.j.C.de condi.ob turp.cau. Mihi videtur quod tam opi.Placen.quam gloſ-
d ſarum ſaluari[d] poſsit. Nam quandoq̃ contrahuntur ſponſalia, & dos datur:nec tamen mulier nubit ſua ſponte,quia nõ vult: tunc repetit per condictionem ſine cauſa , etiam ſi fuerit ſciens ius & factum.hic eſt caſus hic ſecundum opi.glo.Pla.& in veritate tex.hic voluit hoc dicere dum dicit hanc rationem fortaſſis,&c.Si vero poneremus eam ignorare : tunc nullus diceret eam eſſe in delicto vel turpitudine:& ſic argumentum Iuriſcõſulti non procederet. Præterea in condictione ob turpem cauſam debet inſpici proxima cauſa,nõ remota : vt l.iij.§.ſed quod meretrici.ſ.de condictio.ob turp.cau.Sed hic ſi inſpicis cauſam proximam,ſcilicet dotis,non eſt turpis,ſed magis eſt nulla,licet matrimoniũ,quod eſt cauſa remota,ſi copularetur, eſſet turpe. Et iſta eſt ratio,quam iuriſconſultus hic aſsignat,non propter ignorantiam,ſed quia cauſa non eſt turpis.Præterea quãdo delictum non perficitur,quia quis non vult,ceſſat pœna,vt l.qui falſam.j.de falſis.Facit de inofficioſo teſt.l.Papinianus.§.meminiſſe. & de bo.liber.l.qui cum maior.§.accuſaſſe.& l.in ſeruitutem §. petijſſe.eo.titu.Sed contra hoc facit:quia contrahendo ſponſalia videtur delictum perfectum:vt l.ſi quis tutor.§.quãuis.j.de ritu nup.Solu.fateor q̃ ſponſalia ſunt prohibita, & ſunt nulla, ſicut matrimonium : non tamen imponitur illa pœna,ſi quis à ſponſalibus ſponte recedat. Ita loquitur hic. Item poteſt procedere opi.Io.ſi poneremus ſponſalia eſſe contracta & matrimonium per verba de præſenti,ita q̃ fuerit neceſſe q̃ per ſententiam epiſcopi pronunciaretur nullum:& ſic pars ſua ſponte nõ receſsit.Iſtud probatur in l.cum hic ſtatus.§.fi.j.de do.inter vi. & vxo.& ibi glo.paruula,quæ intelligit in matrimonio contracto per verba de præſenti.& quod hic glo.intellexerit,ſic apparet ex verbis eius dum dicit,quomodo dotem repetit illa,cuius ſcelere pronunciatur nullum. & ſic præſupponit q̃ matrimonium fuerit contractum per verba de præſenti,& pronunciationem eſſe neceſſariam:argu.d.§.accuſaſſe.& d.§.meminiſſe.& d.§.petijſſe.ſ.alle. Venio ad ſecundam gl.hic dicit,nec

nupſit.

a ¶De adulte. Et vid Bal. in d.l. qui cõtra. in ij.q.

b ¶Propria. Ad hæc adde bonam glo. In sti. de nup. §. si aduersus. sed Bar. ẽ. ea l. in versi. item põt producere. videtur tenere contra: quia ibi loquitur quando sciebat factũ, et ignorabat ius. sic loquitur hic: sed contra. Bar. facit tex. etiam in d. l. qui contra ibi: quo cõmodatũ. iuncta gl. in verbo, datum. quæ dixit pro dote &c. Itẽ probatur & quærit amissio proprij matrimonij, nõ tamen lucridũ ibi amittebatur donatio propter tradita ab vxore viro. de hoc cogita.

c ¶In re furtiua. Ad intellectũ huius legis & libelli formandi ī condictione furtiua & quæ probari requirantur, dic singulariter vt per Bal. in rubr. si ex fal. instr. in ver. rursus. & ī ver. l. amplius &c.

d ¶Infantem. An infans & furiosus possint citari: de infante vide Bal. in l. donatarum. C. de acq. pos. & vide .s. pxic.

e ¶Monachus. An monachus æquiparetur filio vel seruo. Et vltra ista addẽ gl. & ibi no. in l. Pedius in fi. de arbitr. et gl. in l. si. longius. in fin. de iud. et Bar. in l. tutor. de bon. pos. & in l. cum hæredes. §. fin. in gl. de acqr. pos. & in l. cum hi. §. ea trãs actione. de transact. ī l. j. §. j. & §. fi seruus. de stip. ser. in l. ij. infra de acqui. hæred. Bal. in l. j. C. qui admit. & in l. filius. C. de pact. et in l. cum aliquis, de iure delib. in l. cũ non solum. in prin. de bo. quæ lib. Adde Bal. not. in l. fi. in fi. C. quod cum eo. per Bart. in l. j. de vulg. & pup. & in l. ij. de acqui. hær. & C. de hær. instit. et ī l. si alienam. ff. de hæred. instit. in princi. Hęc scripsi post Ro. in l. j. §. item acquiri. mus. de acquir. pos. Vide etiam Bal. in l. seruus communis de succes. vbi dicit quod seruus æquiparat monacho in his, quæ possunt monacho adaptari, & nõ in alijs Bal. in quodam suo consilio qd' incipit, monachus q dam. in quo dicit ꝙ tanquam voluntate carens æquiparetur infanti. Pro quo videtur tex. no. ī l. ij. in fin. iuncta. l. adoptiuũ. in prin. ẽ. de ī ius

a nupsit. †quæro quid si nupsit, et de facto copulatũ est matrimoniũ, an possit dotẽ repetere. Gl. dicit ꝙ si sciuit factũ, licet erravit in iure, nõ potest dotẽ repetere, sed applicatur fisco: vt l. qui cõtra. C. de īcest. nup. Contra hoc oppo. nã ad impediẽdũ condictionem ob cãm non sufficit quid de facto seq: vt l. iij. §. si liber homo. supra de condi. ob cau. Sol. dico ꝙ nõ impedit cõdictiõe ob cãm tamẽ illa nõ datur mulieri, sed applicatur fisco, cũ ipsa reputet indigna: vt d. l. qui cõtra. Itẽ opp. ad prædicta. infra de adul. [a] l. si adulterium cũ incestu. Sol. ignorantia †iuris excusat quantũ ad pœnam adulterij & incestus, vt ibi: nõ quantũ ad pœnã amissionis dotis, vt hic. Ego sum in cõtraria opi. glo. et doc. ī ista materia. Pro cuius euidentia debes scire. Quandoque dãs dotẽ errat in iure & in facto: & sine dubio põt repetere cõdictione ob causam et sine causa: vt ff. solu. mat. l. si cũ dotẽ. §. fi. et l. si sponsus. et l. dotem. infra de iure dot. Quandoque sciuit ius & factũ, et contraxit incestas nuptias: & tũc sine dubio perdit dotẽ: et etiam patitur pœnas, de quibus in auth. īcestas. C. de incest. nuptijs. et in corpore vnde sumitur. Quandoque sciuit factũ, et ignorauit ius: et hic aduerte, quandoque quærit an error iuris excuset a pœna: et videt ꝙ sic: cũ distinctione tamen quæ ponitur in d. l. si adulterium cũ incestu. infra de adulte. Qñque quæritur an excuset a pœna contrahentis incestas nuptias: et hic aduerte Quædam est pœna ꝙ matrimoniũ sit nullum, & in hoc nulla est excusatio: vt l. j. C. de interdict. matri. Quædam est pœna ꝙ filij sint non legitimi: et in hoc põt esse excusatio, vt ex parte ignorantis dicantur filij legitimi, vt infra de ritu nuptia. l. qui in prouincia. §. j. et quod no. in l. qui cõtra. de incest. nuptijs. Quædam est pœna quę cõsistit in amittendo lucrum: et hæc ignorantia iuris non excusat. Debet enim esse iustissima ignorantia q̃ excuset: vt d. l. qui cõtra. de incest. nup. secus si esset ignorantia iusta: vt l. fi. j. de leg. j. Ita debet intelligi quod not. de vsufru. lega. l. vxori maritus. et de his quib. vt indi. l. ij. §. j. Quædam est
b pœna in amittendo propria [b]: et istã pœnã patiuntur solum scientes: vt de ince. nup. auth. incestas. et in corpore vnde sumitur. In proposito ꝙ mulier perdat dotem est amittere propriũ: ideo istam pœnã non incurrit, nisi fuerit sciens: vt d. auth. īcestas. et ibi dicitur expresse. Non obstat l. quæ contra. quia imo facit pro, si bene aduertatur, nã ibi dicit ꝙ ei, qui cõtra interdicta legũ nuptias cõtraxerũt, nil datum nomine donatiõis propter nuptias, vel dotis nomine acquiratur. In hoc vult dicere ꝙ mulier quãdo sibi datur donatio, vel maritus quãdo sibi datur dos nõ acquiritur eis dñium: sequitur ibidẽ statim quod omne lucrũ, quod ab alio coniuge incestuoso q̃ siuit, applicetur fisco. Vnde de eo, quod peruenit ad eum vt lucrum perdendo loqtur illa lex. Dos autem non peruenit ad lucrũ: quia est †titulus onerosus: ergo non perditur nisi a sciente. Et in hac opin. sum pro mõ salua meliori deliberatiõe. Et poss
3 set etiam forte dici ꝙ in vtroq; casu, etiã si fuerit sciens ius & factum mulieri competat condictio ob causam. Nam ratione turpitudinis non repellitur, vt hic in text. ea vero ratione quia est indigna, non potest repelli ab alio, nisi à fisco. Ita videt text. in l. his consequenter. §. j. ff. fa. ercis. hoc tamẽ relinquo sub dubio. Ratio quia d. l. loquit in hæreditate quæ potest esse dãnosa: ideo requiritur fisci agnitio: hic in dote, in qua non potest esse damnum: & sic quæritur ipso iure, & mulier agere non posset

De condictione furtiua. Rubrica.

LEX I.

c IN re furtiua. [c] Opponi. de l. sed nec legatarius. j. eodẽ. & l. interdum. §. qui tutelã. de fur. Solu. quod dicit domino, subaudi vel quasi. Opp. j. de pig. actio. l. si pignore. Sol. dic vt in glossa.

1 ☞ *Furiosus & infans quod sint necessarij hæredes.*
2 *Citari quod non possit furiosus, sed eius curator.*
3 *Contra infantem vel furiosum qualiter agi possit.*

LEX II.

COndictione. Qui non potest furtum committere, potest ab actione ex alterius persona teneri. h. d. Nota
1 †ꝙ furiosus & infans sunt necessarij hæredes. Nota ꝙ cum eis non potest agi: &
2 sic nota nõ valere †citationem factam de furioso: sed debere citari curatorẽ, vt j. dicam. Opp. primo ꝙ habeat beneficium abstinendi: vt Institu. de hære. quali. & diffe. §. sed & his. Sol. concedo, sed hic loquit secundum rigorem iuris, ciuilis non considerato beneficio abstinendi. Quæro, †qualiter possum agere contra infantem [d]
3 d vel furiosum. Respon. pro infante conuenitur tutor: vt l. j. §. sufficit. de admini. tuto. pro furioso curator: vt l. Licinius Locusta. §. fi. de lega. ij.

f Opem. An põstans opẽ teneat cõdictione furtiua, adde Inn. in c. querelã. de elec. refert Ange. in l. j. in princ. de eo ꝙ quẽ factum erit. per illum tex. &c.

g ¶De peculio. Adde & vide ibi Bart.

1 ☞ *In obligatione rem restitui potest res ipsa peti, etiam si sit perempta.*
2 *Monachus decedens ante hæreditatem aditam, an illam trãsmittat ad abbatem vel monasterium, remissiue.*

LEX III.

SI condicatur. In condictione furtiua habetur ratio interesse consistentis in lucro. Nota id quod dicit, si mortuum hominem condi
1 cat: quia in obligatione †rem restitui potest peti ipsa res etiam re perempta. Dicam de hoc statim j. eo. l. in re furtiua. Secun
2 do nota quod †si monachus [e] decedat ante aditam hæreditatẽ,
e non transmittit ad abbatem vel monasterium. Facit l. inde Neratius. in princi. & §. j. ad leg. Aquil. & ibi dixi. & in l. cum non solum. in princ. de bon. quæ libe. & in l. j. de vulga. & pupilla. & per Canonistas in c. in præsentia. de proba.

SI seruus. Hac actione tenetur dominus ex persona serui, & datur noxalis in eo ꝙ ad dominum non peruenit. Idem in patre ex persona filij. & qui furtum non commisit, hac actione non tenebitur. hoc dicit. cum duabus ll. sequen. Ad hanc legem in princi. oppo. de l. sæpe. in fi. de verborum significatio. glo. dat multas solutiones. Vna quod ibi loquatur de condictione, id est, actione personali. & hanc tene hic. Alij dicunt quod non tenetur condictione, nisi de eo quod ad eum peruenit. & hanc tenent multi.
f Alij dicunt quod præstans consilium vel opem [f] non tenetur condictione, vt hic, nisi in subsidium committente furtum existente non soluendo. Et hanc tenet Iaco. de Are. hic, & videtur
g probare. j. de pecu. [g] l. peculium. §. penul.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Secunda Bartoli ſuper Digeſto veteri.

a ¶Si pro fure. In hac l. decidit Dy. quem ſequitur Bald. quod remittens iniuriam non videtur remittere ius conſequendi damnum, quod ex iniuria paſſus eſt. l. ſed & ſi vnus. §. ſi ante. ff. de iniurijs. & ibi Dy. & not. Bal. in l. ſi tibi. §. j. de pac. & Bald. in l ſi domus. ff. de ſer. vrba. prædio. vbi dicit plus, & fortius, quod eſt de mente Spec. in titu. de accu. §. j. ver. ſed ſi vulneratus.

POMATES.

a ¶Si pro fure. No. q remittẽdo iniuriam non videor remittere damnum, quod p pter illã paſſus ſum.

b ¶Perſecutoria. Vide ad glo. in l. rei cõmunis. j. pro ſocio. & in l. j. C. de furt. & in l. fin. C. de codicil. & Barto. in l. j. §. vnde quæritur. j. de publi.

c ¶Condictio. Et an actio furti & condictio furtiua poſsint eo libello cumulari, vide Bal. quod ſic. in l. iij. C. de re iudi.

d ¶Contra hæredem. Idem no. in l. prima. in princi. ff. de actio. & obliga. & Inſtitu. de actio. §. j. & idem dicas ſi non fuit furata res mea, ſed quaſi mea vel mihi obligata: quia tunc incerti condictio datur cõtra hęredẽ: ſed Bald. in l. j. in j. co. C. ne ex delic. defun. arg. l. & ideo. §. Neratius. infra eodem.

e ¶Varijs. Ad iſtud poſuit etiam vnum exemplum Bar. in l. ſi & me & Titium. §. ſi cer. pe.

f ¶Furtiua eſt. Et iõ dicit hic Bal. quod ſi ſtatutum dicit quod de maleficio non poſ 1
ſit cognoſci poſt mẽ d
ſem: certe non poterit etiam de condictione furtiua. Ad
id tamen quod dicit Barto. hic, vide e
gloſſ. & Barto. in l. Celſus. alias in l. q 2
ab alio. infra eodem f
titulo.

g ¶Quoties. Adde textũ in l. Græce. §. ſed & ſi ex deli. j. de fide. g

h ¶Figuris. Adde etiã aliud ſpeciale. j. eo. l. h
ſi ſeruus. §. fin. & ibi
nota.

i ¶In re furtiua. Sed quid ſi res nõ eſt per empta, non tamẽ ap paret an ſuccedat o- 1
bligatio ad æſtimationem? Dic q ſic, ſe i
cundum Bart. & do cto. per illum tex. in lege, ſi conſtante. §. ſi vxor. ſoluto matrimonio. facit lex, cũ res. §. penultimo. de leg. primo. Et vltra iſta 1
vide Barto. in l. cum ſeruus. de condictio. ob cauſam. & quod notat bona gloſ. in l. rei iudicatæ. §. j. ſoluto matrimonio. quã ibi ſingulariter ponderat Imola.

k ¶Siue manifeſtus. Adde ad iſtam legẽ Bart. in l. fur eſt manifeſtus. in princi. de furt. & in l. falſus. in prin. eo. tit.

l ¶Legatario. Et no quia dicebat Pet. in l. ſi ſeruus. §. boue & rerum amo. l. ſi concubina. §. non ſolum. j. de verb. oblig. l. inter ſtipulantem. §. vlti. quæ iura concludunt ipſam rem poſſe peti. Dico etiam quod æſtimatio poterit peti. vt hic. Nec obſtat l. ſi ſeruum. in fin. de verbo. oblig. quia ibi loquitur in obligatione rem dari. & eodẽ modo. l. penul. §. de condic. ob cau. hic vero in obligatione rem reſtitui, & ſic in obligatione facti. Quod plene dic vt dixi in d. l. ſtipulationes non diuiduntur. de verbo. obliga.

a Si pro fure. [a] Deciſio in actione furti nõ præiudicat in cõdictione furtiua. hoc dicit. Opponitur de l. ſi duo. §. idem Iulianus in principio. §. de iureiur. Solu. vt ibi Bartolus.

Furti actio. Perſecutoria non tollitur per pœnalem, b
nec econtra: ſed perſecutoria [b] bene tollitur. hoc dicit. Oppon. de l. apud Celſ. §. Labeo. de doli excep. Solu. ibi loquitur in pœna cõuentionali: hic in pœna legali.

1 ☞ *Actio ex delicto quando detur contra hæredem.*
2 *Condictio furtiua quòd ſit ex delicto.*

c Condictio. [c] Hæc actio datur cõtra hæredem, etiam in eo quod ad eum non peruenit, qualitercunque, & quomodocunque res perierit. ſiue quantumcunque. hoc dicit. Opp. dicitur hic, poſt mortẽ: & ſic innuit aliud eſſe ante mortem. cuius contrariũ dixerat in hoc eo. §. Gl. ſe inuoluit. Tu dic q ideo dicit poſt mortem, quia omnes alios caſus poſuerat: ideo hunc volebat ponere. Siue ergo ſeruus viuat, ſiue mortuus ſit ante mortem furis, ſiue poſt mortem, & poſtquam peruenit ad hæredẽ, ſiue poſt mortem furis antequam peruenit ad hæredẽ, idem eſt. Oppo. de l. quædam. §. j. ſupra de eden. & j. eo. l. ſed nec legatarius. Solu. intelligẽ hic de ſucceſſoribus vniuerſalibus. Oppo. †actio ex delicto nõ datur contra hæredem, [d] niſi quatenus peruenit ad eos: vt l. j. j. de priuat. delic. & C. ne ex delic. defun. l. j. Gloſſ. dicit hic ideo, quia eſt ex varijs [e] figuris cauſarum, non ex delicto. Hanc glo. reprehendunt omnes, vt Gul. hic, & alij: †quia condictio furtiua eſt [f] ex delicto: vt l. ſi ambo. §. quoties. [g] j. de compen. & l. ſi mulier. §. penul. j. rerum amo. & ibi hoc tenet Dyn. & leges, quæ dicunt de actionibus, quæ oriuntur ex varijs figuris [h] cauſarum, loquuntur in alijs caſibus. fateor tamen quod in condictione furtiua eſt hoc ſpeciale quod detur contra hæredem vltra quam ad eum peruenerit.

1 ☞ *In obligatione rem reſtitui etiam re perempta res ipſa peti poteſt, & etiam æſtimatio.*

IN re furtiua. [i] In obligatiõe rẽ reſtitui demum perempta re ſuccedit obligatio ad intereſſe: quod eſt contra furem quantum res plurimi fuerit & habetur ratio fructuum. h. d. Oppo. & videtur quod debeat peti †ipſa res non æſtimatio, vt l. penul. ſupra de condi. ob cauſam. & l. ſi ſeruum. in fin. de verbo. obliga. glo. tua fatetur contrarium quod ſemper ipſa res eſt in petitione, ſed re perempta æſtimatio erit in ſolutione. vide glo. Gui. hic & Dy. aliter dicunt, vt not. per Dyn. in l. ſtipu. nõ diui. in magna diſtinctione in vj. q. Ego ibi iſtum paſſum multum late examinaui: finaliter determinaui quod ipſa res poteſt peti tanquam perempta, vt §. eo. l. iij. & hac eadem l. ver. ſi ex cauſa. & j. eo. l. ſi ſeruus. §. boue & rerum amo. l. ſi concubina. §. non ſolum. j. de verb. oblig. l. inter ſtipulantem. §. vlti. quæ iura concludunt ipſam rem poſſe peti. Dico etiam quod æſtimatio poterit peti. vt hic. Nec obſtat l. ſi ſeruum. in fin. de verbo. oblig. quia ibi loquitur in obligatione rem dari. & eodẽ modo. l. penul. §. de condic. ob cau. hic vero in obligatione rem reſtitui, & ſic in obligatione facti. Quod plene dic vt dixi in d. l. ſtipulationes non diuiduntur. de verbo. obliga.

IN condictione. Hæc actio datur cõtra hæredes pro hæreditaria portione, no inſpecto ſi ad eos minus peruenit. h. d. Opp. de l. iij. §. hæres. cõmo. Solu. hæres tenet pro hæreditaria portione, ſi ad eum minus peruenit, ſi plus, tenet in plus: vt in contrario. facit l. ſi plures. j. de vi & vi ar. Sed contra hoc oppo. obligatio rem reſtitui dicitur continere indiuiduũ: vt l. ſi duo. j. depoſiti. ſed obligationes indiuiduæ non diuiduntur inter hæredes pro hæreditaria portione: vt l. ij. de verb. obliga. ergo male. Solue vt dicam in l. j. j. depoſi. & dixi plene in l. iiij. §. Cato. j. de verbo. oblig. tangitur per Cyn. in l. pro hæreditarijs. C. de hære. act. Oppo. obligationes ex delicto non dantur contra hæredes, niſi quatenus ad eos peruenit: vt l. j. C. ne ex delict. de fun. hic dicitur cõtrariũ: quare male. Sol. vt dixi in l. ſi pro fure. §. eo.

1 ☞ *Condictio furtiua competit contra furem manifeſtum.*
2 *Hæc condictio quando datur etiam alienata.*
3 *Actio furti an extinguatur re alienata.*

k Siue [k] manifeſtus. Hæc † condictio compet cõtra furẽ manifeſtũ, 1
ſiue non manifeſtum, niſi poſſeſsio rei ad dominum ſit reuerſa. h. d. Quærit gloſſ. vtrum contra furem manifeſtum poſſet dari hæc cõdictio in alijs caſibus quam in caſibus hic poſitis. Pla. q non: quia ſemper requiritur apprehenſio, vt fur dicatur manifeſtus. Glo. tenet contrarium: quia ſufficit contra furẽ ſi ſurgat rumor furti facti. & ſit viſus, vt infra de fur. l. ſi quis in ſeruitute. & ibi dixi: quia potuit eſſe q fur cum re ſubtracta aufugit: & ſic poſuit hic exempla indubitabilia.

Tandiu. Hæc condictio datur domino & hæredi eius, non ſucceſſori titulo ſingulari, & durat etiam re alienata ex neceſsitate: ſecus ſi ex voluntate. h. d. vſque ad l. & ideo. §. Neratius. Glo. j. huius §. ponit caſum: & ideo non eget recitatione. dic vt in ea. Oppo. extra glo. de l. huic ſcripturæ. ſupra ad l. Aquil. vbi re alienata voluntarie durat actio l. Aquí. Sol. Quædam † ſunt actiones, quæ non competunt ad rem, ſed 2
ad æſtimationem damni vel iniuriæ occaſione rei, & iſtæ durant etiam re alienata: vt l. contraria. cum diſtinctione tamen quam ponit Dyn. in l. ſi tertius. §. ſi quis prius. de aqua plu. arcen. & ibi dixi plene. Quædam ſunt actiones quæ competũt ad rem ipſam: & tunc extinguũtur re alienata voluntarie. Iſtam diſtinctionem facit text. in l. quæcunque actiones. j. de actio. & obligatio. Ex hoc † poteſt apparere ſolutio quæſtionis formatæ in glo. An actio furti extinguatur re alienata ipſi furi vel alij extraneo. Certe non: quia non competit ad rem, ſed ad pœnam occaſione delicti commiſsi in re: argu. j. arborum fur. cæſarum. l. ſi. Venio ad l. ſed nec legatarius. 3

1 ☞ *Condictio furtiua q non competat legatario.*
2 *Actio furti qualiter dicatur competere legatario. & nu. 5.*
3 *Ex aſsiduą contrectatione rei furatæ abſque mutatione dominj an naſcatur noua actio.*
4 *Qui furatus eſt equum Florentiæ, & illum duxit Bononiam, q poterit Bononiæ conuenirí.*
6 *Diuiſio glo. in tres partes.*

Sed nec legatarius. Oppo. q legatario competat iſta actio, vt 1
infra de fur. l. ſi dominium. Sol. dicunt quidam. verum eſt ex noua cõtrectatione, vt ibi: non ex antiqua, vt hic. Hæc ſol. communiter non tenetur: quia contra generalitatem iſtius legis, quæ ſolum permittit rei vendicationẽ. Vnde alij † dicunt q ibi loquitur in actione furti, quæ competit legatario: hic in condictione furtiua, quæ non competit legatario. & hanc tenent omnes. Sed quæ eſt ratio differentiæ inter actionẽ furti. & condictionem furtiuam. gloſſ. ponit eam hic in fin. glo. dic vt in ea.

Sed quæro, †& reuoco in dubium vtrum actio furti compe- 2
di.l.hæc si res.Declaraui in l.litis æstima-
tio.j̃.,p̃ empto.& de re iudic.l.in depositi.

1 ☞ *In quibus contractibus ueniat dolus & lata culpa,in quibus leuis & leuißima, & in quibus lata & leuis. Et de casu fortuito quando quis teneatur.*

2 *Contractus ex conuentione legem accipiunt.*

3 *Aestimatio q̃ faciat teneri de casu fortuito.& nume.4.*

5 *Aestimatio quando est certa,tunc facit emptionem.* b

6 *Aestimatio roncini locati q̃ non faciat emptione, licet ob hoc ueniat leuißima culpa.*

c Nunc videndum. [c] In cõtra-ctib⁹, †q̃ celebrantur gratia dantis tantum, venit dolus & lata culpa.In his qui gratia accí-
pientis tantũ, venit leuis & leuissima.In
his qui gratia vtriusq̃, venit lata & leuis.
De casu verò fortuito quis non tenetur:
nisi conuentio,æstimatio,vel culpa præ-
cesserit,vel aliud inducat.h.d.vsque ad §.
idem denicq̃.No.distinctionem q̃ aut cõ-
tractus celebratur gratia dãtis tantũ, aut
gratia recipiẽtis tantũ,aut gratia vtriusq̃. c
2 †Secundò not.q̃ cõtractus ex cõuentiõe
legẽ accipiũt:qa vbi nõ venit culpa, vt in
deposito põt venire ex cõuentiõe,vt hic,
& l.j.§.si cõueniat.de deposito.& de re iu
3 di.c.contractus.lib.vj.†Tertiò no.q̃ æsti
matio facit teneri de casu fortuito. Ad primum opp. de l.roga
sti.in prin.s̃.si cer.pet.ibi,& maximè si sine,&c. Solu. licet ibi
vtriusque versetur vtilitas:tamen hoc principaliter non age-
batur.quod ergo hic dicitur de contractibus,in quibus versa
tur vtriusq̃ vtilitas,debet intelligi q̃ hoc ab vtroq̃ principali-
ter agebatur:aliàs diceretur contractus fieri gratia illius tan-
tum,cuius causa principaliter agebatur,vt d.l.rogasti.in prin.
& l.si quis nec causam.& ibi no.eo.tit. Ad secundũ opp.q̃ pro
pter cõuentionem quis non teneatur de casu fortuito: vt l.sed
4 & si quis.§.quæsitum.s̃.si quis caut.Solue vt ibi.†Opp.q̃ çsti
matio nõ faciat transire periculum:vt l.j.j̃.de æstima actio. &
l.si inter virũ.C.de iur.dot.dicit gl.quando de natura contra-
ctus veniebat culpa lata & leuis:æstimatio facit venire leuissi
mam.Sed qñ de natura contractus veniebat leuissima:æstima
tio tũc facit venire casum fortuitum, vt aliquid operetur: arg.
l.si quando.de lega.j.Ita dicit gl.hic,quã vide & signa.Istã ma
teriã quid operetur æstimatio,ponit Cy.C.commo.l.j.Guliel.
ponit eã hic.Ego aũt in multis discrepo ab eis:& pro declaran
da materia opp.j̃.pro soc.l.cũ duobus.§.si in cõeũda. & §. da-
mna.dicit Guli.ibi in cõtractu societatis,in qua non põt con-
ueniri,vt vnius solius sit periculum:vt l.si nõ fuerint.§.j.eo. tĩ.
meritò æstimatio nõ facit trãsire periculũ.Hæc sol. nõ placet:
nã licet nõ possit cõueniri vt vnus ex socijs sustineat pericu-
lum societatis in totum,põt tñ cõueniri vt sustineat in aliqua

¶ Hæres eius.In prin. huius &c. Vide de rã tione per Bal.in l.pro hereditarijs.in iij.co. in ver.xij.hic alleg.et Pau.de cas.in l.si tibi hõ.§. si fundus. dicit q̃ ille tex.procedit in actione bonæ fidei.ie cus in actione ex te-stamẽto,quæ est stri-cti iuris.l. aliàs de in lit.iurã.& in §.actio-nũ.Insti.de act.Et sic nõ habet ita largam naturã præterq̃ mo-rã & accessiones.l.in minorum.C. in quib. cau.in integ.restit.l.et Titia Seio.§.vluras. de lega.ij.& subdit q̃ si in casu illius §.fuis-set legata res testato-ris, postea possideret per vnũ ex hæredibus tantũ,q̃ nedũ contra tũ insolidũ posset agi rei vẽdicatione, vt di cit ibi Bar. sed etiam actione ex testamẽto: quia est de casibus,in quibus põt cõcurre-re rei vẽdicatio & p̃-sonalis,iuxta ea quæ leguntur & notãtur in §.sed nostra.Instit. de leg.p̃ Bar.hic in fi.

¶ Si filiofa.In princ. huius &c.de hac glo. vide Imo.in l. possessio.§.j.de acquir.poss.

¶ Nunc videndũ.in princ.Et inquantum dicitur q̃ in commo dato venit dolus & leuis culpa,limita ve rũ, nisi commodans dicit,conserua tã tuo arbitrio:quia tunc re perdita nõ tenetur cõ modatarius.Ita dicit singulariter Bart.per illũ tex.in simili in l. ij̃.de sol.quod intelli-ge vt ibi dicetur.

☞ POMATES.

¶ Nunc videndum. Limita vt per gl.in l. si mora. & Paul. de Ca.in fin.& Iaso.ibi. ff.solu.mat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Plerunq;. Et adde nota.in l.si inter.C.de iur.dot. & qđ ibi dixi per Bal.in l.si paciscenda,C.de pac.& latius p cũ in l.j.in pen. & vlt.col.C. cõmod. Ioan.and.in c.j.extra eo.distinguit q; in cõtractib⁹,de quorũ natura est vt trãseat dominium seu æstimatio opereť venditionẽ: & tũc trãsit periculum. Casus est hoc in l.quoties. & bon⁹ tex.in l.plerũq;. ff.eo. tit. & in fundo æstimato dato in dotẽ. In contractib⁹ verò, in quibus de eorũ natura æstimatio nõ facit venditionẽ: vt in locato, & cõmodato, æstimatio non facit plus trãsire in accipiẽtem,cũ exposcat natura cõtractus:sed operabiť tunc æstimatio vt sciat p̃tiũ rei, casu quo res perdereť vel deterioraret. Et dicit Abb.Sicul.in d.c.j.q; ista opinio plus sibi placetq; opi.Bar.hic, & Accur. Pro qua et facit: qa interp̃tatio etiã debet fieri cõtra eũ qui potuit aptius dicere, vt in regula, cõtra eũ, de regu.iur. lib.vj.& in l. quicqd astringẽdæ.de ver.obli. Sed Io.and.nõ rñdit ad istũ tex.hic,qui loquiť in cõmodato. Sed Abb.ibi dixit q; intelligit hũc tex. qñ accipiẽs expresse promisit sc prestaturũ æstimatio. & ita apte loquiť iste §.in fi. Secus qñ æstimatio fuit simpliciter facta. Idẽ dicit qñ quis promisisset alternatiuè rem vel æstimationẽ,p d. l.plerunq;.& in contractu dotis qñ agiť vt species reddat, æstimatio nõ facit transire periculũ casus fortuiti,sed solum deteriorationẽ rei quæ fieret dolo vel culpa viri:vt d.l.si inter virũ. cũ gl.& ibi Bal. C.de iure dot. & ibi etiam per Bald. quid si res quæ seruãdo seruari non põt, vt animal, vel res quæ consistit in pondere, numero, & mensura? Et istis adde Bal.in l.j.in viij. q.C.pro soc.Bart.in l. j.de æstima.actio.

b ¶ Leuissima. Vide Spe.de loca.§.nunc dicendum est.&c.

c ❧ POMATES. ¶ Præscrip.verb. Vide Are.cõsi.cvñ.alias clxxj.in xj.colũ. Ro. consil.cccxiiij. ad fin. & plenè Aret. consil. lxxxiiij.colũ.ij. & seque.Soci.consi.xciij. col.iij.ad finem.

d ¶ Esse certus. Adde quod Bart. in quodã suo consi.incip. commune Lisignani locauit.tenet q; locator certa re:vt d.l.si nõ fuerint.§. j. ideo Azo in l.j.de æstima.act.intelligit illum §. damna.secũdũ distinctionẽ huius gl. vt vbi venit leuis æstimatio,faciat venire leuissimam. Vbi leuissima æstimatio:tũc faciat venire casum fortuitum. quod intellige vt infrà declarabo. Sed op. j̃. de iure dot. l.plerunque.§.fi.cũ l.seq.Solu.dicit Guli. Quandoq; æstimanť res quæ de facili cõsumuntur:& tunc æstimatio facit transire a periculum:vt hic,& l.plerunq;.[a] in princ. & in fi.de iure dot.& l.æstimatæ.ff. solut. mat.Aut æstimantur res,quæ non ita de facili consumuntur:& tũc est adhibenda distinctio.d.l.plerunq;.in fi. vt æstimatio nõ faciat venire periculũ deteriorationis sed perẽptionis sic. Ista distinctio nõ placet,per d.l.plerunq;.in prin. ibi ponit dictio,maximè,quę idẽ innuit in rebus quę de facili nõ cõsumuntur,quod in his quæ de facili cõsumuntur. Ad idẽ l.quoties.de iure dot. Dic ergo q; in l. plerunq;. in fin. fuit dictum q; redderetur vel æstimatio vel res,& sic alternatiuè:hic verò fuit res tradita æstimata simpliciter. Item opp. de l.si gratuitã.§.j.de præscrip.verb. Sol.dicit Guliel.ibi loquitur qñ traditur res æstimata ei,ad quem vsus non transit. Quo casu dic secundũ distinctionẽ illius §.& l. rogasti.in prin.s̃.si cer.pet.& ibi not.Sed si traditur res æstimata ei,ad quẽ transfertur vsus,tũc facit transire periculũ: vt hic, & d.l.plerunq;.in prin.hoc nõ placet, per l.j.in fi.j̃.de æstima.act.Ideo dic, qñq; res traditur æstimata, hoc acto q; reddatur æstimatio,nõ res:& tũc est emptio: & tũc sine dubio periculũ spectat ad accipientẽ vt l.necessario.in princi.de peri.& cõmo. rei vendi.Quandoq; datur res æstimata, hoc acto q; reddatur res,& non æstimatio & tũc nõ facit trãsire periculũ,& commodũ operatur,sed eius effectũ. dic vt l.si inter virũ.C.de iure dot.Quandoq; res traditur æstimata, hoc acto q; reddatur res vel æstimatio:& tũc aut hoc fit in contractu,de cui⁹ natura est vt in re tradita trãsferat dñium vel vsucapiendi conditio: & tunc nõ facit transire periculũ deteriorationis,sed perẽptionis sic,vt d.l.plerunq;. in fi.& hoc operatur natura alternatiuæ: quia re existẽte,licet deteriorata, ipsa põt reddi:sed perempta,nõ potest reddi ipsa: ideo de necessitate deuenitur ad æstimationẽ. Si verò hoc fuit actum in cõtractu, de cuius natura nõ est vt transferatur dominiũ:& tũc idẽ quod qñ res traditur æstimata simpliciter,vt statim dicã. Quãdoq; res tradiť æstimata simpliciter,& de reddenda re vel æstimatiõe nil dicitur:& tũc aut hoc fit in cõtractu,de cuius natura est vt transferatur dominiũ vel vsucapiendi conditio,aut non. Primo casu:aut naturę illius contractus repugnat q; illa æstimatio faciat emptionẽ:& nõ inducitur emptio,nec transfertur periculũ:vt l. seruos. s̃.fami.ercisc.pretiũ enim serui cũ non sit hæreditariũ,nõvenit in diuisionẽ. Aut natura cõtractus nõ repugnat: & tũc videť facta emptio,& trãsit periculũ in accipiẽtẽ:vt l.plerũq;.in prin.& l.quoties.s̃.alleg. & l.æstimatæ.j̃.solu.mat.Sicut enim ipsa res potest esse in dote;ita æstimatio eius. Quandoq; æstimatio fit in contractu, de cuius natura est vt pro parte transferatur dñium,& pro parte nõ,vt in societate: & tunc pro ea parte,pro qua transfertur dominiũ,trãsit periculũ in accipientẽ,vt d.l. cũ duobus.§.dãna.& §.in coeũda.j̃.,p socio.,p alia verò parte,nõ trãsit periculũvt d.§.dãna.nisi secũdũ distinctionẽ quã dicã incõtinẽti.Secundo casu,qñ æstimatio fit in cõtractu,cuius natura nõ est vt trãsferatur dominiũ:vt in cõmodato, locato, et deposito,&si.& ista est materia nostra. Quo casu distingue alios cõtractus ab illo cõtractu innominato,quo res æstimata vendenda traditur: vt primo casu si in omnibus alijs contractibus,in quibus dominiũ nõ transfertur,sed de natura cõtractus veniebat leuissima[b] culpa:tunc facit venire casum fortuitum,vt hic in text.& gl.Si de natura cõtractus veniebat leuis culpa:tunc facit venire leuissimã: vt d.l. cũ duobus.§.damna.prout loquitur in ea parte,in qua dñium nõ transferť.& no.in l.j.j̃.de æstima.ac.& hac gl.Nec obstat p̃dictis l.cũ fundus.& l.quæro. j̃. loca.quia c ibi instrumẽtũ nõ erat locatũ:meritò per æstimationẽ in eo videť facta emptio, secũdũ gl.& doct.Secundo verò casu,quando res æstimata traditur vendenda, dic: Aut æstimatio referť ad ipsam rẽ traditã prout tradita est,vel prout reddenda est: aut refertur ad rẽ prout est vendenda: & istud cognoscitur ex verbis. Primo casu æstimatio facit transire periculum in accipientẽ:vt l.j.in fi.j̃.de æstimatio.ac.adhibita.tamen illa distinctione,aut ex natura cõtractus veniebat leuis et facit venire leuissimam. Aut venit leuissima: & facit venire casum fortuitũ:arg.huius l.& not. in d.l.j.de æstima.ac.secũdũ opi. Azo. Secũdo casu æstimatio nil operatur quantũ est ad trãslationẽ periculi,sed est aduertẽdum cuius gratia celebretur cõtractus,vt d.l.si gratuitã.§.j.de præscri.ver.Aut est dubiũ qualiter æstimatio fuerit facta: & in dubio respicit rẽ prout vendẽda est nõ prout est restituẽda: c vt d.l.si gratuitã.§.j.de præs.ver.[c] Vlti. scias † q; in omnibus § casibus,in quibus dixi q; æstimatio facit emptionẽ,est verũ qñ æstimatio est certa.Sed si dicerẽ sic,reddam tibi æstimationẽ: simpliciter re perempta contingeret liberatio: vt l.quidam. d j.de leg.j.Ex prædictis potes esse certus[d] quando locator 6 locat † tibi ratiociniũ æstimatum:an æstimatio faciat in te transire periculum.Et certè cùm ex natura contractus nõ fit vt trãsferatur dñiũ:talis æstimatio non facit emptionem.Sed cum ex natura contractus veniat leuis æstima.prædicta faciet venire leuissimum,vt hac glo.

1 ☞ *Culpa q; præsumatur quando quis res commodatas amisit;suas autẽ saluas fecit.*

2 *Quando quis habet diuersas res commodatas à duobus,locus est gratificationi, quas saluet.*

Quod vero senectute. Hunc §. summaui cũ præcedentibus. † No. q; culpa est,si quis res suas saluas fecit,commodatas amisit. & ex hoc solo præsumitur culpa:vt j̃.de admi.tu.l.tutor secundũ dignitatẽ.§.non est audiendus. Quærit glo.quid si res com- 2 modatas erat vtilior quàm suas: dic vt in ea. Quæro †[e] quid si e erant æquales vel habebat commodatas res duorum? Certè tunc locus est gratificationi,vt si non potest vtramq; euadere, euadat quam vult:vt j̃.ad Syl.l.iij.§.ij.

1 *Qui tenetur custodire tacitè,idem si expreßè agatur.*

2 *Homo seipsum custodit,& in eo non debetur tanta custodia.*

Custodiam. Summaui cum præcedentibus.h.d.Quibus casibus tacitè tenetur de custodia, 1 † idem est si expresse agatur.& hoc sequitur super verbo,indigeret.

qui allegat culpam & negligentiam conductoris, non dicitur illã probare nisi specificè probet in quo specialiter culpa vel negligentia fuerit cõmissa. Nam dicit q; vbicunq; alicui obijcitur culpa,siue agẽdo, siue excipiendo, siue denunciando,nõ dicitẽ concludere, nisi certa & limitata culpa probetur de agendo. Allegat l. prætor. in princip.de iniurijs. cap.vt circa. de elect. in vj.& c. præsentiũ. de test.eo.lib. de denũciando allegat quod habetur in l. denunciasse.j̃.de adul. l. qui aliter.§.j.quod vi aut clam.quod no.& hic adde qđ notat Bart. in §.si de me. j̃. eodem &c. Adde q; locatori alleganti culpam incumbit onus probandi, Petr. de Ancha.cõ si.cccxlix.

❧ POMATES. ¶ Quero. Adde q; sit locus gratificationi, vide glo.in l.ciues.C. de incolis.lib. x. Bal. in l. per agrum. C.de seruit.& aqua. & in l. fi.commi. vel epi. & vide Bar.in l. admonendi.in vj.colũ.§. de iureiu. Alex.in l.si Titius.in fine.de verbo. obliga. dum allegat dictum Bal.in l.quibus.C.de secund.nup. Adde contrarium tenuisse Bal.eius quod dicit in d.l.in quibus. in aut.ex testamento. C.de colla. & vide q; Alexan.in l.qui filiabus.§.j.de lega.j.

Universidad de Deusto Biblioteca

geret. No. ꝙ minus tenetur de custodia[a] in homine, ꝙ in alia re: quia homo ipse scit se custodire: † & ideo non debetur tanta custodia iudicialis vel conuentionalis.

1 ☞ Quando culpa præcessit casum, quis de casu tenetur, & quando.
2 Positiones & articuli quomodo formentur, ut quis teneatur de casu.

Sed interdum. [b] Summaui cū præcedētibus. † Noꝙ quis tenetur de casu, quando culpa præcedit casum. Cōtra hoc opp. ꝯ. ad legē Rhod. de iactu. l. fi. §. j. Gl. dicit, fallit ibi, nec aliter soluit. Tu dic clarius: Quando ꝙ culpa præcedit casum, vtrū quis teneatur de casu, dic secundùm Guli. sic, Aut illa culpa cadit in moram: & tenetur de casu: vt l. quod te. s̄. si cer. petat. & l. si ex legati causa. de verbo. oblig. Aut non cadit in morā: & tunc [c] aut illa culpa nō est ordinata ad casum: quia ex illa culpa nullo modo potuisset casus ille contingere: & tūc non tenetur de casu: vt l. non omne. de stat. lib. facit l. si filius. §. est & alia. quod vi aut clam. Quando ꝙ culpa potest esse ordinata ad casum: quia ex ea potest cōtingere casus: tunc aut casus secutus est propter illam culpam & tunc tenetur de casu, vt hic. Aut casus nihilò minus cōtigisset, posito ꝙ culpa non intercessisset: & tunc aut culpa fuit cōmissa in non faciendo: & quis non tenetur de casu: vt l. & in totum. ꝯ. de impen. Aut fuit commissa in faciendo: et tunc aut illud factum non cadebat in delictum: & tunc non tenetur de casu: vt l. fi. §. j. ꝯ. ad leg. Rhod. de iactu. & l. si is qui. ꝯ. de act. & obliga. facit d. l. si alius. §. est & alia. quod vi aut clam. Aut illud factum cadebat in delictum: & tūc tenetur quandocunq; de casu postea eueniente: vt l. ita vulneratus. ad l. Aquil. secundùm Guli. tu hoc vltimum subdistingue: Aut delictum cōmittebatur circa rem ipsam: & verum dicit Guli. Aut committebatur circa vsum rei: & tunc secus: vt s̄. de condi. furti. l. qui furtum. & ibi vidistis. † Ex his habes qualiter debeas formare positiones & articulos, vt concludatur ꝙ culpa faciat quem tenere de casu. Nam quādoque debet concludi ꝙ propter culpam casus euenit: quandoque hoc non est necesse. Item ex prædictis habes qualiter debeant formari articuli ex parte rei, scilicet ꝙ casus euenisset, etiam si culpa non præcessisset, vt ex prędictis patet.

Denique. Aliàs, Idem deniq;. Si commodans non patitur commodatarium vti re ad eum vsum, ad quem commodauit, tenetur commodati contraria. Si commodatarius aliter vtitur, tenetur commodati directa, & etiam furti. h. d.

1 ☞ Vendita equa an uideatur uenditus pullus.
Et an sella uendito equo. remissiuè.

Vsque adeo. [d] Diligentia debet adhiberi in re commodata, & eius sequela. [e] h. d. Guli. format hic † duas quæstiones: vnam vtrum vendita equa vel vacca videatur venditus pullus, qui sequebatur eā. Item nunquid vendito equo videatur vendita sella. De hoc vltimo videbis in l. ædiles. §. item sciendum. de ædil. edic.

1 ☞ Stagialia, bursæ & coronæ, quas uir mittit uxori quando eam ducit, ꝙ non uidentur donatæ, sed potius commodatæ.
2 Commodatarius ad hoc ut teneatur de culpa, necesse est ꝙ commodatum fiat gratia ipsius. Et forma positionum.
3 Commodatum in dubio præsumitur rogatu commodatarij.

Interdum. [f] Si commodatum fiat gratia dātis, vel eius contemplatione cōmodatarius de solo dolo tenetur. h. d. Tene menti [g] hunc casum † ꝙ stagialia, bursæ & coronæ, quas vir mittit vxori quando ducit eam, ꝙ non videntur in dubio donatæ, sed magis commodatæ, vt hic, vt magis ornatè ad virum accedat. & propter hoc non confirmantur morte nec debent apud vxorem remanere, nisi consuetudo aliter se haberet. Secundò not. † ꝙ ad hoc vt commodatarius [h] teneatur de culpa, est necesse ꝙ commodatum fiat gratia ipsius. Facit ꝯ. depos. l. j. §. sæpe euenit. & sic sis cautus de hoc facere positionem: quia commodasti rogatu recipientis. Vel si defendis conuentum, nitaris probare, si potes, ꝙ ille obtulit tibi illam rem. Sed quid si de hoc † nihil est probatum ex vtraq; parte? [c] Respondeo, præsumitur rogatu commodatarij regulariter, vt s̄. ea. l. §. commodatum autem &c.

1 ☞ Qua actione sit agendum quando res mea est per te pignorata.
2 Contra non luentem rem meam per ipsum pignoratam quando agere potero.

Nunc videndum. Si res data vt pignoret non restituitur, cōpetētibus actionibus est agendum, vel actio debet cedi sumptibus & periculo ipsius cedētis. h. d.

1 † Nota distinctionē, quādo res mea pignoratur per te, qua actione sit agendum cōtra te. Quam distinctionē ponit gl. latius. C. eo. l. pen. 2 † Quæro, quid si nō est appositū tēpus, intra qđ luere debeat qñ: ego potero agere cōtra te. Gloss. dicit hic, cū diu stetit ꝙ nō luit, ī d. l. pe. C. eo. dicit, si est luitio facilis, et nō vult luere, dic vt ibi.

Si me. Culpa hominis cōmodati cū re cōmodatariū nō excusat: secus in dolo. h. d. Oppo. ad principium, ꝙ cōmodatarius nō tenetur de culpa istius nuncij missi cū re: vt l. si mei causa. ꝯ. eod. Sol. intelligas hic ꝙ ego commodaui tibi seruum cū lance, nō tamē hoc acto, vt illa res esset in custodia serui: & ideo tu cōmodatarius teneris de culpa, si fortè ille seruus nō erat ita idoneus ꝙ ei debuisset cōmitti: aliàs si iam idoneus esset, cōmodatarius nō esset in culpa: vt ꝯ. eod. l. eū q. cū l. seq. ad fi. Opp. ꝙ dol⁹ serui nō excuset cōmodatariū: vt l. rē mihi. §. ī exercitu. ꝯ. eo. Solu. hic de seruo cōmodato cū re: ibi de seruo cōmodantis, nō commodato cū re.

1 ☞ Per appositionem custodis quando uideatur remissa custodia.
2 Custos carceris quod non liberetur à custodia carcerati recommendati per Potestatem, licet postea Potestas miserit ad custodiam famulos. b
3 Scholaris quando teneatur de custodia roncini locati, si locans misit famulum. c

Si de me. Appositio custodis facta ex post facto non remittit custodiā ei, cui res fuerat cōmodata. h. d. Oppo. † ꝙ per appositionē custodis videtur remitti custodia: vt s̄. ea. l. ver. planè. Sol. ibi loquitur quādo custodē apposuit ab initio: hic quādo ex pòst facto. Ista solutio vera est in se, vt statim dicam: tamē non congruit præcedēti §. ibi enim seruus nō fuit appositus vt custos, sed fuit cōmodatus vnà cum re. Ista enim longè inter se differunt: nam ego possum confidere de te magis quā de seruo seu famulo meo. & si cōmodo famulū & argentū, nō tamē per hoc famulū pro custode pono. Ita loquitur §. præcedens. Secundò opp. de l. si soluturus. ꝯ. de sol. de acquir. poss. l. quarundā. Sol. Dicit gl. cōtraria loquunt quādo custos fuit appositus ab initio: hic quādo ex pòst facto fuit appositus. Et secundū hoc distinctio Labeonis hic reprehenditur per Vlpianum. & hæc opi. fuit Azo. Io. fuit in cōtraria opi. quòd per appositionem custodis indistinctè videatur remissa custodia. Et istam opi. sequuntur quidam moderni per l. si mei causa. ꝯ. eod. Nec obstat ver. ego puto. quia non corrigit dictū Labeonis: sed quia Labeo solū de periculo respōdit, & de actione nil dixit: ideo per Vlpianum suppletur ibi: ego puto, &c. Tu dic ꝙ ista est veritas ꝙ distinctio Labeonis corrigitur etiā inquantū dicit de periculo. quod patet per illud quod dicit hic, nisi aliud noīatim cōuenit,

a ¶ De custodia. Min⁹ tenetur quis de custodia in homine quā in alia re. & adde quæ dicat fida custodia, dicit gl. in lege, ij. de seruis fugi. ꝙ ille, qui ligat diligenter, custodit. Vide latè Innocē. in c. nuper. in prin. de sentē. excom. & ibi videt ꝙ quis dicit carceratus, cui assignat vnus locus, de quo nō possit exire. Et dicit Bart. in l. fin. C. de decur. lib. xij. ꝙ aliud est, ponere in carcere cē, et aliud, sub custodia detinere. Et dicit fida custodia tenuisse, qui de eius manibus non aufugit. x. colla. de pace tenen. §. si iudex. in verbo, securè. Et de hac custodia, vide Bar. post gl. in l. si pecuniam. §. sed si acceperit. de condict. ob cau. & hic nota quòd tenetur minus custodire senem quā iuuenem. Et quādo quis dicatur carceratus, et quando non, vide in l. qui neque. ff. de verbo. signi. ante l. bonorum. ibi positam. & per Bald. in l. j. in vij. col. C. de cōfes. omnino Bal. in l. admonendi. in ix. co. de iureiur. & per Angel. in l. qui in carcerem. ff. quod metus cau. &c.

b ¶ Sed interdum. Vide Innoc. in c. sicut. de iureiuran.

c ¶ Et tunc. Adde Bar. in d. l. qui furtum. de condi. fur. ꝙ Bal. in l. pignus. in fi. C. de pig. act. per Pau. de Cast. in l. j. in princ. s̄. de eo per quem fac. erit.

d ¶ Vsque adeo. An vēdito equo videatur vendita sella, Barto. videtur tenere ꝙ sic, per illum text. in l. eū qui. §. non solum. ꝯ. de fur. facit quod ipse no. in l. de quibus. circa finem. s̄. de leg. & vide quod dixi in d. l. eum qui &c.

e ☞ POMATES. ¶ Sequela. vide Bal. c. translato. de cōstitu. quē sequitur Iaso. in l. si extraneus. §. fi. s̄. de condi. ob cau. Vide aliam quęstionem hic positam per Iaso. in l. de quibus. xxxvj. col. ff. de legibus.

f ¶ Interdū. Adde qđ no. Bar. in l. pe. §. j. fol. ma. & Bartol. in l. j. §. neq; castrense. de col. bo. & ibi dixi. et Bal. in l. eū te. in j. & ij. col. C. de dona. ante nup. & quę dixi post Bar. in l. iij. §. fin. ff. de mu. & hono. & c.

g ☞ POMATES. ¶ Tene menti. vide Felin. c. super eo. in ij. col. de testi.

h ¶ Commodatarius. vide Bart. in l. rogasti. s̄. si cer. petat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ Aut famulus. An per appoſitionem cuſtodis videatur remiſſa cuſtodia. Add Bal. in l. ex diui. C. loca. & ibi etiã an dominus teneatur ex mala cuſtodia, &c.

b ¶ Ad quæſtionẽ, Nota queſtionẽ et ad materiã, vide etiã Bart. in l. j. §. quẽadmodũ. j. de lib. agno. et Bal. in d. l. ex diui. C. loc.

c ¶ Famulum ſuũ. Adde Bar. ſ. eod. l. §. nunc videndũ. in fi. & Bar. in l. j. §. quẽadmodũ. de libe. agnoſ. Bal. in l. ædẽ. C. loca. & Ang. in l. qui Romæ. §. Callimach⁹. de verb. obl. & vide Barto. in l. j. §. quemadmodum. ſ. al lega.

d ¶ Quod non. Dum hic dicitur ꝙ dñium non põt peruenire ad plures inſolidũ facit ad q. ſi conceſſum eſt prædiũ in emphyteuſim Pet. & Martino, & cuilibet eorum in ſolidum, quid importat. de quo per Bal. in l. j. in xj. q. C. quando non pet. part. Itẽ iſtã regulã intellige in dominio irreuocabiliter acquiſito. ſecus ſi reuocabiliter, ſecundum Bal. & Ang. per illum tex. in l. ſi pluribus. de leg. j. quod eſt ſingulare ſecundum eos. vide ibi Inno. in verſic. circa prædicta dubitatur, &c. De quo vide Bar. & quę ibi poſt eum in l. ſi is qui pro emptore. j. de vſucap. & c. Adde qñ eſt conceſſa emphyteuſis Petro & Ioãni & cuilibet eorũ inſolidũ, qualiter intelligaſ. Bal. conſi. xxix. j. lib. & conſil. c. iij. lib.

&c. Sed apponere cuſtodem non eſt nominatim cõuenire. ergo &c. Non obſtat l. ſi mei cauſa. j. eo. & l. eum qui. in fi. quia ibi fuit appoſitus cuſtos, & res ablata à cõmodatario & data cuſtodi, vnde auferendo rem à cõmodatario liberatur à cuſtodia, imò à totali obligatione, quaſi res ſit perfectè reddita. ſ. e. l. iij. §. ſi reddita. Hic aũt fuit appoſitus cuſtos remanẽte re penes cõmodatariũ: ideo non videtur remitti cuſtodia. Licet enim ego faciam cuſtodire rem meam: nõ per hoc nego quin tu cuſtodias, imò etiãvolo te cuſtodire. ita loquitur hic. Reaſſume ergo breuiter, Aut famulus[a] vel ſeruus cõmodatur ſimul cũ re, aut apponit vt cuſtos. Primo caſu ſerua diſtinctionem præcedẽtis §. Secundo caſu diſtingue: Aut cuſtos fuit appoſitus ab initio: et videtur actũ ꝙ cõmodatarius non teneatur de cuſtodia: arg. l. ſi ſolutus rus. j. de ſol. & l. quarundã. & de iure dot. l. ſi ego. §. dotis. & locati. l. dominus horreorũ. & nau. caupo. ſtab. l. fi. §. j. Aut fuit appoſitus ex pòſt facto: & tũc aut res remanſit penes cõmodatariũ: & non videt remiſſa cuſtodia, vt hic. Aut penes eũ nõ remanſit: & videtur remiſſa cuſtodia: vt l. eum qui. §. fi. & l. ſi mei cauſa. §. j. j. e. facit ad id quod no. Cy. C. loc. l. ex diui. Et prędicta faciunt† ad quæſtionẽ[b]: Poteſtas recommendauit aliquẽ in carceribus: poſtea dubitans miſit familiã ſuam ad cuſtodiam carceris: certè per appoſitionem cuſtodis non videtur remiſſa cuſtodia commentarienſi, vt hic cùm apud iſtum commentariẽſem in carcere remaneret. ſecus ſi familię traderetur: vt d. l. ſi mei cauſa. §. j. j. eo. † Itẽ facit ad quæſtionẽ de locatore roncini, qui cũ roncino miſit famulũ ſuũ[c] vtrũ per hoc ſcholari cõducẽti videat remiſſa cuſtodia. Gl. videt dicere ꝙ propter hoc non minus ſcholaris teneatur: vt ſ. vſufr. quẽad. caue. l. pen. & ibi no. Dic aut conſtat ꝙ locauit famulũ & roncinũ, non aũt eũ appoſuit cauſa cuſtodiæ: & tũc negligẽtia nuncij nõ excuſat ſcholarẽ, dolus verò ſic, vt ſ. proxi. §. quod intellige anteꝙ ſcholaris reddat rõcinũ. Si em poſtꝙ ei reddidit perijt, non tenet d. l. ſi mei cauſa. §. j. Aut conſtat ꝙ eũ miſit vt cuſtodẽ: & tũc quia hoc fecit ab initio: ſcholaris nõ tenet de cuſtodia, vt patet ex prędictis, &c. Aut nihil apparet: ſed locauit rõcinũ & famulũ ſimpliciter: & tũc in dubio nõvidetur remiſſa cuſtodia: vt d. l. pe. cũ gl. ſ. vſufr. quemad. caue.

a Famulus. b Ad quæſtionẽ. c Famulum ſuũ. 1 ☞ *Vſus quando poſſit haberi pro parte.* 2 *In obligatione rem reſtitui quando quilibet teneatur pro parte, & quãdo inſolidum, & quando diuidua, & quando indiuidua. nu. 6.* 3 *Declaratio ad l. ſi duo. in fin. j. depoſiti.* 4 *Quod idem ſit dicere cõmuni periculo, & cõmuniter: & quilibet tenetur inſolidũ.* 5 *Per ius authenti. in modo conſtituendi duos reos nihil eſt immutatum, ſed in modo conueniendi: & ſic hic §. non corrigitur.* 7 *Obligatio rem tradi ꝙ ſit indiuidua quo ad obligationem & ſolutionem.* 8 *Obligatio rem dari ꝙ ſit indiuidua quo ad obligationem & ſolutionem, & quare.* 9 *In obligationibus quæ contrahuntur ad reddendum certam ſpeciem, qualiter plures teneantur.* 10 *Quodammodo, eſt nota improprietatis.* 11 *Quando plures tenentur inſolidum, an & quando dicantur duo rei.* 12 *Beneficium prælationis, ſcilicet ꝙ prius conueniatur ille, in quem pecunia peruenit, quando habeat locum in duobus reis.* 13 *Qui egit commodati contra commodatarium pro re commodata deteriorata uel furto per eum ſubtracta, quando poterit agere actione l. Aquiliæ & nu. 15.* 14 *Punitus pro uulnere quando poſſit etiam puniri pro cicatrice, uel alia qualitate omiſſa, quæ augeret condemnationem.* 16 *Vna actio quando tollat aliam.* 17 *Quando correus conuenitur ex facto correi quod debeat cedi ſibi actio, & inquantum. & nu. 19. an fiat ceſſio, etiam ſi non habeant beneficium diuiſionis.* 18 *Quando conuenitur unus ex pluribus fideiuſſoribus: ſemper debet ſibi cedi actio contra principalem, & etiam contra alium fideiuſſorem.* 20 *Ciuilis poſſeſſio cauſat uſucapionem.* 21 *Emphyteuta & ſimiles, dicuntur tantum naturaliter poſſidere.*

Si duobus vehiculum.

In obligatione primitiua, quæ ad rei reſtitutionẽ contrahitur, quilibet tenetur pro parte: quia inſolidũ ad cos peruenire non põt. In obligatione verò ſecũdaria quę cõtrahitur ratione doli vel culpæ quilibet tenetur inſolidũ: quia pro parte non põt delinqui: & ſi agit cõtra vnũ ex facto alterius, ei actio cedi debet: quia ſi cõtra iſtum ageretur, actio pro rata tolleret. h. d. Diuide, quia primò quæritur qualiter plures cõmodatarij obligẽtur obligatione primitiua, quæ cõtrahitur ad rem reſtituẽdã. Secundò loquitur qualiter cõtrahatur obligatio ſecũdaria ratione doli vel culpæ vtroꝙ delinquẽte. Tertiò loquitur quãdo vnus tantũ deliquit. Secũda ibi: ſed verius. Tertia in l. vnde quæritur. ver. ſed ſi legis. & quælibet iſtarum partium ſubdiuiditur in plures, vt apparebit in poſitione caſus. In hac parte primò ponitur thema & quæſtio. & eſt clara.

1 †Sequitur ver. & ait. hic arguit ꝙ non[d] teneantur inſolidum:
d & ponit tantũ probationem minoris. vnde forma argumentũ ſic: Obligatio quæ re contrahitur nõ põt in plus cõtrahi vltra ꝙ res perueniat: vt C. de non nu. pecu. l. cum vltra. Sed dominiũ vehiculi vel poſſeſsio non põt peruenire ad plures inſolidum, ſed pro parte: ergo non tenentur inſolidum, ſed pro parte. Sequitur ver. nec quenꝙ. hic reſpondet cuidam obiectioni quæ fiebat contra obiectionem prædictam, quã ſic forma: plures poſſunt eſſe domini vnius fundi: ſed non ſunt domini pro parte: quia nulla pars eſt, quã quis poſsit dicere ſuã: ergo ſunt domini inſolidũ. Ad hoc reſpondet Iuriſconſultus ꝙ licet ſint domini certæ partis quæ poſsit ad oculũ demonſtrari: tñ ſunt domini totius fundi pro parte indiuiſa, quæ non põt ad oculũ demonſtrari. pro parte ergo demonſtrabili non ſunt dñi inſolidũ vide literã. Sequitur ver. vſum aũt balnei. hic allegat ꝙ teneant inſolidũ. & forma argumentũ ſic: In commodato cõceditur vſus non dominiũ, vel poſſeſsio: ſed vſus vnius rei põt eſſe apud plures inſolidum. Nam platea ego vtor inſolidũ ſeu in totũ, & tu in totũ, & ſic de ſingulis. Idẽ in balneo vel porticu, & ſimilibus: ergo plures cõmodatarij obligantur inſolidũ. h. d. nõ tñ ponit niſi probationẽ minoris propoſitionis. Sequitur ver. verũ. hic Iuriſconſultus reſpondet ad argumẽtũ proximè factũ, ex quo apparet declaratio quæſtionis ſeu eius determinatio. & dicit ſic: Fateor ꝙ in platea, balneo, theatro, et alijs locis amplis plures vti poſſunt inſolidũ: ſed quęſtio noſtra ponitur, in vehiculo paruo, in quo ego ſedeo, tu nõ potes ſedere. & ſic plures inſolidũ non poſſunt vti vehiculo: ergo remanet ꝙ nec ratione dominij, nec ratione poſſeſsionis, nec vſus, plures tenentur inſolidũ. h. d. vide literã. Sequitur verſi. ſed verius. hic incipit ſecũda pars, in qua loquit de obligatione ſecũdaria ratione doli vel culpæ, in qua forma caſum ſic. Vidi ꝙ nõ obligant inſolidũ ad rẽ reſtituendã, ſed in cõmodato & locato cõtrahit negligẽtia ſeu obligatio rõne negligentiæ, doli, vel culpę: an ad iſtã tenebitur quilibet inſolidum vel pro parte. Reſpondet Iuriſconſultus, Culpa & dolus non põt cõmitti in re pro parte. nec diligentia põt adhiberi pro parte: et ideo in iſta obligatiõe quilibet tenet inſolidũ. h. d. Ex quo infertur ꝙ erũt quodãmodo quaſi duo rei debẽdi. Ex hoc ſequit aliud ꝙ vnius ſolutio liberat aliũ. Item ex prædictis ſequitur aliud, ꝙ vtriꝙ cõpetat actio furti inſolidũ: quia vtriuſꝙ inſolidũ intereſt: & altero agẽte tollit actio contra alterũ. h. d. vſꝙ ad l. vñ quærit. Sequit lex, vnde quæritur. in qua format vna quæſtio circa præmiſſa, quæ eſt clara. & quidã habent in litera cõuenire, & quidã cõueniri. quælibet litera eſt bona, vt infrà dicã. Sequitur verſi. ſed ſi legis. hic incipit tertia pars, in qua loquitur quando vnus tantum deliquit. & diuiditur in tres partes. Prima quando conuenitur ille qui non deliquit. Secunda quando conuenitur ille qui deliquit. Tertiò ponitur quędam limitatio præcedentis dicti. Secunda ibi: nam & ſi. Tertia ibi: niſi fortè. Caſus in terminis eſt clarus: ideo videas ꝙ teipſum. Ad primũ dictũ opp. & videt ꝙ vſus pro parte haberi nõ poſsit, vt
2 ſ. de vſu & habi. l. vſus pars. Sol. prout †vſus refertur ad ius: &
non põt haberi pro parte. Sed prout refert ad factũ, ſic, vt hic. Ita dicit gl. hoc nõ videtur verũ: quia hic iura incorporalia iu-

dicantur

Universidad de Deusto

dicantur diuidua & indiuidua ſecundùm naturã eius quod in ipſo iure deducitur: vt l.iiij.§.Cato.de verb.oblig. Si ergo ipſe vſus ſecundũ factũ eſſet diuiduus, eodẽ modo eſſet reſpectu iuris. Dic ergo, aut vſus refertur ad perſonã: & tunc nõ poteſt in parte diuidi, vt in cõtrario. Aut refertur ad rẽ: & põt eſſe vſus partis rei. ita loquitur hic. Oppo. & videt̃ q̃ in parua re poſſit eſſe vſus pluriũ inſolidũ, vt l.riparũ.s̃.de re.diui. & ĩ.de via pub.l.viam publicã. Sol. fateor q̃ iuris permiſsione põt permitti vſus pluribus, non tñ vtetur quilibet inſolidũ in re parua. Sed quãdo vſus vnius per vſum alterius incõmodatur, eſt melior cõditio occupantis: vt l.ij.§.j.ĩ.ne quid in loco publ. & hoc in rebus publicis, de quibus loquit̃ hic: in rebus verò priuatis qualiter plures poſſunt vti inſolidũ, dic vt l.ſi ædes.s̃.cõmuni diuid. & per Dy. in c.in re cõmuni. extra de reg.iur.ĩ vj.

Venio ad ſecũdam partẽ. hic in ver. ſed verius. dicit̃ q̃ tenetur inſolidũ s̃.proximè dictũ eſt cõtrariũ, quare male dicit gl. quod dictũ eſt vſq; huc, eſt dictũ allegãdo. & ĩ hoc ver. reſpõdet quæſtioni. & hoc tangit̃ in ſecũda glo. huius §. ſup verbo, & ait, &c. Veritas eſt q̃ in prima parte loquit̃ de obligatione primitiua, quę cõtrahitur ad rem reſtituendã. & ad illã reſpõdet q̃ quilibet tenetur pro parte, vt eſt dictũ. Hic loquitur de obligatione ſecũdaria, quæ cõtrahitur ratione doli vel culpæ. & hoc ſtatim declarabitur in ſequẽti contrario. Opp. ad iſtũ ver. & videt̃ q̃ quilibet teneatur pro parte: vt l.ſi duo. in fin. ĩ. depoſi. dicit glo. fateor q̃ quilibet tenet̃ inſolidum ad rem reſtituendã: tamen ſi non reſtituit, ad interẽſſe fit condemnatio pro parte tantũ, vt in cõtrario. Videas glo. quæ eſt difficilis, & in multis eſt ſumpta ex ſumma Azo. C.eo. & eſt iſta glo. ſuper verbo, habebunt̃. iſtud quod gloſ. dicit q̃ ad rem reſtituẽdam quilibet tenetur inſolidũ, eſt contra principiũ huius §. vt dixi. Non enim tenet̃ inſolidũ, niſi ſit actum, vt dicitur hac eadẽ gl. in fin. & ĩ. depoſi. l.j.§.ſi apud duos. & ibi not. & eſt expreſſus text. C.loca. l.ſi diuiſa. & ĩ.loca. l.cùm apparebit. & l.eandẽ. de duob.reis. quod apparet: quia iſta obligatio ad rem reſtituendam diuidit̃ inter hæredes ꝓ hæreditaria portione. vt s̃.eod. l.iij.§.hæres. ergo eadẽ ratione diuiditur inter plures cõmodatarios. Dic † ergo ad declarationẽ d.l.ſi duo. quæ ſignat̃ pro contraria q̃ hic loquitur de obligatione ſecunda, quæ cõtrahitur ratione doli vel culpæ: quo caſu quilibet tenetur inſolidum, vt hic, & in prima parte huius legis: in obligatione verò primitiua ad rem reſtituendã quilibet tenetur pro parte, vt ſuprà dictum eſt. tamẽ licet pro parte teneatur præſtatio partis, non præſtat liberationẽ. & ſic eſt indiuidua quo ad ſolutionẽ: vt d.l.ſi duo. Sed ſi perueniatur ad intereſſe: tunc erit diuidua, etiam quo ad ſolutionem: vt l.contraria. Oppo. & videtur q̃ in obligatione ſecundaria quilibet teneatur pro parte: vt ĩ.eo.l. rem mihi.§.in exercitu. Sol. dicit gloſ. & bene, ibi fuit actũ vt quilibet teneretur pro parte. dixi enim, communi periculo, vt ibi patet. †Ex qua glo. nota q̃ idem eſt dicere, cõmuni periculo: &, cõmuniter quilibet teneat̃ pro parte. Vide iſtam glo.

Item oppo. duo rei non conſtituuntur, niſi hoc agatur, vt in auth̃. de duo.re.in prin. Gloſ. dicit, concedo q̃ iſta lex eſt hodie correcta: nec enim tenerentur vt duo rei, niſi hoc eſſet actum. Iſta glo. dicit † peſsimè: nam per auth̃. illam nil eſt immutatum in modo conſtituendi duos reos, ſed ſolùm in modo cõueniendi: quia inductum eſt hodie beneficium diuiſionis, vt plenè dixi in l.ij. & l.reos.§.cũ in tabulis. de duo.reis. & doct. in auth̃. hoc ita. C.de duob.re. vnde iſta lex remanet ĩcorrecta. Sed tenendo opin. glo. q̃ corrigatur opp. vt recitem glo. quia auth̃. de duobus reis. loquit̃ de his quæ diuidua ſunt. quod patet: quia inducit beneficiũ diuiſionis. Sed iſta obligatio rem reſtitui eſt indiuidua: quia pro parte ſoluí nõ poteſt: vt d.l.ſi duo. ergo hic nihil immutatur. Solu. dicit glo. illud quod dicitur q̃ hæc obligatio eſt indiuidua, eſt verũ, ſi hoc actum ſit: aliàs ſecus: ergo ſi ſimpliciter promittitur, eſt diuidua. Et ſic poteſt corrigi per auth̃. de duo.re. & in hoc reſidet glo. vide eã. Et ſic vides quòd finis huius gloſſ. contradicat principio. & dicit verius hic prout ſe refert ad obligationem rem reſtitui. Nam diuidua † eſt quo ad obligationem, & indiuidua quo ad ſolutionẽ, vt dixi. Sed ¦contra hoc oppo. de l.ſtipulationes non diuiduntur. in princ. de verbor. obliga. vbi dicitur q̃ etiam non recipit diuiſionẽ ipſa obligatio, prout loquitur de obligatione rem tradi.

Gl. hic, vt vidiſtis, tenet q̃ hic fuit actũ q̃ quilibet teneret̃ in ſolidũ. Idem no. in l.j.§.ſi apud duos. ĩ. depoſi. quod eſt diuinare: & cõtra illũ tex. Dic ergo † q̃ obligatio rẽ tradi, eſt indiuidua quo ad ſolutionẽ & obligationẽ: ſed obligatio rem reſtitui, eſt diuidua quo ad obligationẽ, & indiuidua quo ad ſolutionem: vt d.l.ſi duo. Ratio, quia † obligatio rẽ dari eſt diuidua quo ad obligationẽ & ſolutionẽ: quia põt quis præcisè cõpelli ad dãdum: vnde non põt deueníri ad illud inconueniens, ſcilicet q̃ vnus ſoluat partẽ æſtimationis, alter partẽ rei creditore inuito. Obligatio verò rẽ tradi, dicitur indiuidua vtroq; reſpectu. Ratio, quia in ea ſtatim poſt moram ſuccedit obligatio ad intereſſe: vt d.l.ſtipulationes non diuiduntur. & ideo ſi vnus traderet partem, alter liberaretur ſoluendo partẽ intereſſe. quod eſt abſurdũ: vt l.in executione.§.pro parte. de verb. obli. Sunt etiam alię rationes quare dicta obligatio dicitur indiuidua, vt dixi in d.l.ſtipulationes non diuiduntur. ſed obligatio rem reſtitui eſt tertia ratione ſeparata ab his: nam in ea põt quis præcisè cõpelli ad reſtituendã, nec ſuccedit obligatio ad intereſſe, niſi cùm deſijt poſſe reſtitui: vt l.in re furtiua. s̃. de cõdi. fur. & ibi dixi plenius in d.l.ſtipulationes non diuiduntur. Vnde ex eo quod poteſt præcisè cõpelli ad reſtituendũ, dicitur diuidua reſpectu obligationis: quia non põt deueníri ad illud inconueniens: et ex eo q̃ re perempta poteſt ſuccedere obligatio ad intereſſe, dicitur indiuidua reſpectu ſolutionís. Et hoc dixi plenius in d.l.ſtipulationes non diuiduntur. Oppo. & videtur q̃ in obligatione ſecundaria non teneatur inſolidum: vt ĩ. depoſi. l.j.§.ſi apud duos. Sol. hic loquitur qñ vterq; deliquit: ibi qñ alter tantùm. Contra hoc oppo. de l.vnde quæritur. verſ. ſed ſi legis. ĩ. proxi. Sol. ibi alter tãtum deliquit faciendo: ſed etiam alius deliquit negligendo. Vnde quilibet poteſt dici deliquiſſe: ideo quilibet tenetur inſolidum: vt ibi videbitis. Reaſſume † ergo breuiter in iſtis obligationibus quæ contrahuntur ad reddendam certam ſpeciẽ, qualiter plures teneantur: Aut loqueris de pluribus principalibus: aut de pluribus hæredibus vnius principalis. Primo caſu aut loqueris de obligatione primitiua ad rem reſtituendam: & tunc quilibet tenetur pro parte: niſi ſit actũ q̃ inſolidum teneantur, vt hic in prin. & C.loca. l.ſi diuiſa. & ĩ.loca.l.cùm apparebit. & de duo.reis. l.eandem. in princ. licet teneatur pro parte: tñ ſolutione partis non contingit liberatio. l.ſi duo. ĩ. depoſi. Si verò de obligatione ſecũdaria loqueris: & tũc aut eſt actũ q̃ quilibet teneatur pro parte: & tenebitur pro parte: vt d.l.rem mihi.§.in exercitũ. ĩ. eod. Aut q̃ quilibet teneatur inſolidum; & non eſt dubium q̃ teneatur inſolidum: vt d.l.eandẽ. in princ. Aut nihil eſt dictũ: & tunc aut ambo deliquerunt, & quilibet tenebit̃ inſolidũ quaſi duo rei, vt hoc ver. Aut alter tantũ deliquit: & ille ſolus tenet̃, vt dixi s̃. & dixi in d.l.j.§.ſi apud duos. ĩ. depoſi. Si verò loqueris de pluribus hæredibus vnius principalis; & tũc aut tenea-tur actione bonæ fidei, aut ſtricti iuris. quod dic vt l.iij. §. hæres. s̃. eo. & hæc de obligatione primitiua. De obligatione verò ſecundaria dic vt in d.l.j.§.ſi apud duos. ĩ. depoſiti. & in d.l. ſi duo, in prin. eo.ti. Circa prædicta dubitatur quare tex. hic dicit, quodam modo duo rei habebuntur: quia dictio † quodam modo: eſt no. impropriet atis. Rñd. quia ſi expreſsè eſſet dictũ, quilibet teneretur inſolidũ, etiã ſi vnus tantũ deliquiſſet. quod aliàs non eſt: vt modo dixi. Item dubitatur † an ſemper cũ plures tenentur inſolidum, dicantur duo rei. Reſpon. ſi tenentur inſolidum ex natura rei in obligatione deductæ, quia indiuidua non dicuntur duo rei, niſi hoc ſit actum, vt l.rem hæreditariã. ĩ. de euic. & facit quod no. in l.ij.§.ſi tamen hominem. ĩ. de verb. obli. per gl. & doct. & effectus eſt magnus: quia cum non ſunt duo rei, non habebũt in eis locũ quæ de duobus reis dicuntur, videlicet q̃ pactum factũ vni profit alteris, & ſimil. & q̃ mora vnius nocet alteri, & ſimil. Venio ad ver. & ambobus. & opp. Inſti. de obli. quæ ex delic. naſc.§. quæ de fullone. & C.de fur. l.manifeſtiſsimi.§.ſed cùm in ſecundã. Solu. fateor q̃ hodie eſt in electione dñi vtrũ velit agere cõtra furẽ vel cõmodatariũ. Venio ad l. & alterutro. & opp. q̃ factũ vnius non põt tollere actionẽ alterius: vt l.Stichũ. in fin. de noua. Sol. hic ſunt quodam modo duo rei, cũ quibus inſolidũ cõpetit actio contra furẽ: ideo vnius factũ tollit actionẽ alterius: vt l.ex duobus. ĩ. de duo.reis. Venio ad l.vnde quæritur. prout eſt in lite-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Secunda Bartoli ſuper Digeſto veteri.

a ¶ Contra iſtam literã opp. hic dicitur ꝙ vn⁹ ex reis. vel dicas ꝙ hoc beneficium ſit generale. Idem tenet Bar. in l. iij. verſ. ſextò quæro. & verſ. ſeptimò quęro de duobus reis. & ibi alij. ꝓ qua lege ponit Barto. eſſe text. in l. cũ in plures. §. veſtimenta. j. loca. vbi vide. & quod no. Bar. in l. bona. de iure fiſ. & in l. quia poterat ad fin. j. ad Trebel. Adde ꝙ ſi ſubſtituo aliquẽ meo periculo & ipſe in aliquo deficit, ſuo defectu nõ teneor. l. ad ſimilitudinẽ. & ibi Bal. C. de epiſco. & cleri. & ad Bart. hic adde caſum ſingularẽ in d. l. cũ in plures. §. veſtimenta. j. loca. & ibi vid Bar. Item in eo. verſ. an ex duob⁹ reis ille ſit primò excutiendus, ad quẽ pecunia peruenit vide text. no. & ſingularẽ, & ibi Bart. in l. cum in plures. §. veſtimenta. j. loca. &c. Adde an primò ſit excutiendus ille, ad quẽ pecunia puenit, Ro. conſi. cxiij.

b ¶ Factũ vnius. vide per Ang. & Imo. in l. iiij. §. Cato. in xij. col. de verb. oblig.

c ¶ Alter ſocius. Adde ꝙ idẽ tenet Ang. in l. iiij. §. Cato. & ibi Imo. de verb. obliga.

ra, conuenire. & oppo. ſine actione nemo experit. l. ſi pupilli. §. videamus. s. de neg. geſt. Sol. dicit glo. fateor ꝙ hic nõ poterit agere ille cõuẽtus, niſi ſibi ceſſa actione. Item opp. de l. fi. §. ſed cum in ſecundã. s. alleg. & j. loc. l. is qui. Sol. dicit gl. cõcedo ꝙ aget ſolũ ad intereſſe ſuũ, non ad pœnã quã ille exegit: & ſecundum hoc aduerte, quia actio cõmodati eſt illa quæ cedit. Itẽ oppo. ad idem quod modo dixi de l. ſi pignore. j. tit. j. vbi cõtra creditorem agitur etiã ad pœnã. Solu. aliud in creditore quã in cõmodatario & conductore. Ratio ibi patet: ſed prout hic eſt litera, cõueniri, ceſſant prędicta cõtraria: et eſt ſimilis ad hũc caſum. l. ſi dubitetur. j. reſpon. de fideiuſ.

a Sed contra iſtã literã oppo. ² hic dicitur ꝙ vnus ex reis habet hoc beneficiũ ꝙ cõueniatur prius alter, ad quẽ pecunia peruenit. contrà, quia hoc beneficiũ habent ſolum fideiuſſores, per auẽ. præſente. C. de fideiuſ. non aũt cõpetit duobus reis. Huius timore dicit Azo: fateor ꝙ illa lex, ſi dubitetur loquit in fideiuſſore: hic in duobus reis. & ſecundùm hoc iſta litera, cõueniri

12 non eſt bona. Tu dic † ꝙ imò eſt bona. Et eſt ſciendũ ꝙ plures rei quandoq; conſtituuntur ex conuentione: & in illis põt dicere verũ Azo. Quandoq; ſtatuuntur ex quadam neceſsitate: vt in pluribus tutoribus: & tunc habẽt beneficiũ prælationis. Nã ille, qui nõ geſsit, põt petere vt prius conueniatur ille qui geſsit. Ita in poſito: nã iſti hac obligatione ſecundaria tenentur ex quadã neceſsitate: quia pro parte cuſtodia adhiberi nõ põt. j. depoſi. l. j. §. ſi apud duos. & æquiparant pluribus tutoribus, vt ibi: meritò habent hoc beneficiũ, ꝙ prius conuenia tur alter, qui egit contra furem. Vel dic ꝙ hoc beneficiũ ſit generale in omnibus duobus reis: vt ſi volo dicere, conuenias prius correũ meũ, ad quem tota pecunia peruenit toto periculo, ꝙ poſſum audiri, vt hic: nec eſt aliquid quod repugnet. Nã contraria loquunt, qñ ſimpliciter petebat diuidi, nec aliũ correũ conueniri: nec allegabat hoc, ꝙ ad eũ pecunia vel res peruenisſet, vel ꝙ poſſet cõueniri. & hoc tetigi in l. iiij. §. j. de duo. reis. Venio ad tertiã partẽ, ſcilicet ad ver. ſed ſi legis. Antequã veniã ad cõtraria: quia q. formata in principio nõ ſoluit: quæro an conuẽto debeat actio cedi. Glo. rñdet ꝙ ſic: & dicit ꝙ cedetur actio legis Aquiliæ, non aũt actio cõmodati: quia proprio nomine conuenit. Tu dic ꝙ etiã actio cõmodati poterit cedi: vt hac eadẽ lege, in prin. prout eſt litera, cõuenire. Oppo.

b prẽmiſſæ reſponſioni, & videt ꝙ factũ vnius ᵇ alteri cõmodatario non noceat: vt j. eo. l. ad eos. Duæ ſunt ſolutiones. Prima

c ꝙ hic potuerit præcauere, ne alter ſocius ᶜ hoc faceret: aliàs ſecus, vt in cõtrario, & j. loca. l. ſed & de dãno. Alij dicunt ꝙ hic in damno dato à ſocio: ibi ab extraneo. Hęc non eſt vera, per l. mora. in fi. j. de vſur. vnde tene primã. Opp. ad fi. legis noſtrę

13 de l. qui ſeruũ. §. fi. de act. & obl. vbi dicitur † quod qui agit cõmodati, nõ põt agere l. Aquil. in eo qđ plus eſt in repetitione triginta dierũ. Sol. quidam habent ibi literã affirmatiuã: & ſic concordat cũ iſta: tñ illa nõ eſt bona litera, nec cõis. & hoc patet ex libris antiquis, ſcilicet Pandectis: quas ad hoc perſcrutatus ſum. vnde remanet contrariũ. Dicũt quidã, hic loquitur de æquitate: ibi de rigore. ſecundũ hanc iſta quæ cõtinet æquitatẽ ſcriptã corrigeret illã: ſed certè potius illa, tanꝯ poſterior deberet iſtam, tanꝯ anteriorẽ, corrigere: nec patet quæ æquitas magis mouerit Iuriſconſultũ hic, quã ibi. Vnde alij dicunt ꝙ ibi loquitur qñ in ſecũda nõ eſt plus ꝯ in prima. ſed hoc nihil eſt dicere. Sed ibi ponit pro cõſtãti, ꝙ etiã ſi eſſet plus, non duraret. Vnde alij, vt Io. dicũt ꝙ hic põt agi lege Aquilia in eo quod plus eſt ex repetitiõe triginta dierum: & hanc opi. tenet Pet. quæ põt eſſe vera. Vnde quidã dicũt ꝙ ratio eſt: quia illud quod creſcit per inficiationẽ, venit iure actiõis: illud quod creſcit ex repetitione triginta dierũ venit officio iudicis: meritò non põt durare principali ſublato: vt l. centũ Capuæ. s. de eo quod cer. lo. hoc eſt falſum: quia totum venit iure actionis ex expreſſa diſpoſitione legis Aquiliæ, vt l. ij. ad l. Aquil. et l. ſi ſeruus ſeruũ. §. tertio aũt capite. e. ti. Sed rationem verã do vobis ego, qñ agitur in eo quod plus eſt propter inficiationem videt agi ex nouo capitulo, ſ. quia negat: de quo in primo iudicio cũ actũ fuit cõmodati nulla eſt facta mẽtio: meritò põt agi: vt C. de iudi. l. licet. ſed qñ agitur ad id quod venit ex repetitiõe triginta dierũ, agit ex eodẽ facto nullo ſuperaddito: vnde nõ videt poſſe agi: vt l. ſi cũ tibi. C. de iudi. ita intelligat d. l. ſi ſeruus. Et ſic intelligendo, hæc lex facit: imò videt quaſi caſus illius

14 quæſtionis. Si aliquis eſt punitus de eo † ꝙ aliquẽ percuſſerit, nec eſt facta mẽtio de cicatrice, an poſsit iterũ procedi ex eo ꝙ in pœna plus eſt propter cicatricẽ: & idẽ in qualitatibus ſimilibus. Et hic videt tex. ꝙ ſic, ſi de ea nõ eſt facta mentio in primo iudicio. Hanc quæſtionẽ plenè examinaui in l. ſenatus cẽ

15 ſuit. de accuſ. Alij dicunt † ꝙ hic per actionẽ cõmodati cõſecutus eſt medietatẽ: aliã medietatẽ cõſequi poterit actione commodati, vel lege Aquilia, &c. Iſta eſt vera in ſe per d. l. centum Capuæ. in fi. tamen diuinatio eſt: vnde alij ſoluunt vt iſte verſ. niſi fortè. referatur ad primũ caſum huius §. ſcilicet qñ agitur contra illũ qui nõ delinquit: quia tũc licet ſoluat, tñ nõ liberat delinquentẽ, niſi reſpectu eius quod ſoluit: & iſta etiã põt eſſe vera: tñ facit violentiã literæ. Vnde quidã alij moderni legunt iſtã legẽ aliter, vt dicamus ſic: niſi fortè quis dixerit: ſubaudi, & malè. & quod infrà ſequit in fi. quod habere videtur rationẽ: ſubaudi, vt ſocio debeat cedi actio cõtra conſociũ, ex cuius facto cõuenitur: & ſic reſpondet ad quæſtionẽ poſitã in prin. huius §. & ſecundũ hoc cõcordat cũ lege cõtraria, ſcilicet cũ l. qui ſeruũ. in fi. j. de act. & obli. s. alleg. & ſecundũ hoc eſſet in contrariũ caſus illius quæſtionis quã ſtatim proximè dixi, ꝙ propter qualitatẽ nõ poſſet procedi de nouo: tamen cõtrariũ eſt verũ, vt dixi in d. l. ſenatus. Et hãc lectu. tenet Dy. j. de ope. nó. num. l. in prouinciali, in diſtin. magna. Hanc etiã tenet Nico. Mata. & Richar. Malum. quæ põt eſſe vera, ſi dicamus ꝙ loquatur de eo quod plus eſt ex repetitione triginta dierũ. Secus ſi intelligis de eo quod plus eſt propter negationem, vt s. vidiſtis ſecundùm Ioã. & Pet. Sed dices tu, quomodo propter negationẽ põt de nouo agi, cùm non ſit negatum nõ enim eſt actum lege Aquil. Reſpon. actio legis Aquiliæ non tollit per præcedentem ſolutionẽ ipſo iure, ſed ope exceptionis: vt s. de iureiu. l. duobus. §. colonus. Et iſta exceptio nõ impedit conteſtationẽ: ideo poterit eſſe quod in nouo iudicio legis Aquilię ille negabit: & ideo in eo quod creſcit per iſtam negationẽ fiet condẽnatio. Simile C. de nõ nume. pecu. aut. cõtra qui propriã. Itẽ poſſes tu dicere: quare in eo quod plus eſt ex repetitio

7 titulis,de inſti.& de exercito.Sol.†ex hoc edicto agitur tripliciter. Primo de peculio:& tunc prædicti tituli ab iſto differunt in duobus. Nam in illis datur inſolidum:hic de peculio.Secũdo differunt,quia illi habent locũ quando eſt determinatum certum genus negotiationis:hic quando nullum.Secũdo modo agitur de in rem verſo:& tunc differũt illi tituli ab iſto : quia ibi inſolidum hic in quantum eſt verſum.Item illi quando eſt certum genus negotiationis:hic quãdo nõ eſt certũ.Tertio modo agitur quod iuſſu:& tunc illi ab iſto nõ differunt niſi in vno.nam illi habent locum quando eſt certum & limitatum genus negotiationis: hic quando incertum. Sed conueniunt in alio: quia ſicut illi inſolidum,etiam iſta inſolidum. Ita debes intelligere glo. tuam. Extra glo.oppo.& videtur quod iſta nõ poſsit aliquo modo cõpetere:quia lex dicit quod contra nos agitur:aut ex cõtractibus per nos initis,aut ex quaſi contractibus,delictis vel quaſi delictis,aut ex varijs figuris cauſarum.Nam pro his competunt actiones quæ perſonales dicũtur, ex eo quod perſonas imitantur eorum qui contrahunt:vt Inſtit.de act.§.omnium.Sed hic dicit quod pater vel dominus conuenitur ex contractu filij vel ſerui: ergo &c, Item alia ratione.Nam alteri per alterum non debet inqua conditio afferri vt in regula iuris,non debet.j. de regu. iur. Sed hic ſi pater conuenitur ex contractu filij,vel dominus ex cõtractu ſerui,videtur eis iniqua conditio afferri. Solu.dico quod hoc eſt de rigore iuris ciuilis & eius ſubtilitate:procedunt tamẽ de æquitate prætoria,ſcilicet quod pater vel dominus conueniatur ex contractibus filij vel ſerui,quatenus eſt in peculio. idcirco.dicit hic tex.prætor arbitratus eſt. Igitur hæc actio quæ de peculio dicitur,eſt quædam cognominatio à prætore inducta, vt

8 hic patet.†Sed circa hoc quęro quare datur potius iſta actio quę à prætore deſcendit in dominum vel patrem,quam illa quæ deſcendit à iure ciuili.Reſpondeo breuiter,omnis contractus, qui à iure prætorio deſcendit.& omnis prætoris intentio ſeu inuentio ſumma nititur æquitate:vt eſt caſus in l.j.& ij. j. ſi quis teſta. liber eſſe iuſ.fue.& hoc probatur in bonorum poſſeſsione contra tabu.& alijs multis ſimilibus,quæ filijs emancipatis cõpetũt. Fuerunt enim inducta à iure prætorio:qui filij emancipati tãq; pœnitus extranei per emancipationem facti ſi prętereiebantur à patre ſuo,non poterant dicere teſtamentum nullum, ſicut quilibet extraneus præteritus non poteſt dicere nullum:quia emancipatus de iure ciuili cenſetur omnino extraneus:ſed prætor nitens æquitate hoc ſolum non attendens quod per emancipationem à patre quis extraneatur:ſed conſiderat ſolum naturalem actum:quia quamuis emacipatus ſit à patre,puer à patre ſuo procreatus eſt: & iõ ſubuenit ei per cõtratabulas,ſicut ius ciuile ſubuenit in poteſtate poſitis per ius dicendi nullum. Et ſic vides q̃ omnis contractus prætoris procedit à ſumma æquitate. Modo ad propoſitũ, Si pater vel dominus cõcedit filio in poteſtate vel ſeruo certam pecuniæ quantitatem vt negotientur,non exprimẽdo certum genus negotiationis:quia tunc haberet locum inſtitoria:fuit æquũ prętori viſum quod ex quo pater filio vel dominus ſeruo concedit certam pecuniæ quantitatẽ,vt negotientur, quod ex contractu filij vel ſerui pater vel dominus cõueniri poſſint inquantum ipſi in peculium cõceſſerunt non attento quod pater vel dominus re contrahant,ſed attento eo ſolum q̃ ęquum eſt.ex quo filius vel ſeruus domini vel patrisvoluntatem habẽt:

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ Iudicio meo debet legi, teneantur in ſolidũ: quia nullus eſt ſenſus horũ verborũ vſq; interuallum, ſi ſignificationẽ verbi interuallũ, cõſideres. Alex. Loſæus.

nam ex illa eorum voluntate videntur ipſi contrahere, licet non actualiter cõtrahant: nam tunc cõuenirẽtur inſolidũ & de rigore & æquitate. Itẽ iſta æquitas habet in ſe quandam aliam æquitatem annexam ſcilicet quod non ſimpliciter & inſolidum pater vel dominus teneãtur: quia nõ ſimplex & ſoluta fuit voluntas eorum, ex quo certam & limitatam quantitatem conceſſerunt: videtur enim illa volũtas limitata reſpectu quantitatis cõceſſæ filio vel ſeruo: & ſic procedit hęc æqualitas & à prima cauſatur: nam hoc eſt æquum quod pater vel dominus conueniatur ex contractu filij vel ſerui propter eorum volũtatem, quæ eſt dum concedunt peculium, à iure præſumpta: & quod ipſi eatenus teneantur, & in plus non ſe extẽdat obligatio, niſi quantum eſt in peculio: ergo &c. Tertio oppo. ꝙ nunc̃ actio de peculio habet locũ quę datur inquantum eſt in peculio. Nam peculium eſt deducto eo quod patri vel domino debetur. Vnde licet actualiter ſit peculium: tamen in ſubſtantiali appellatione nullum peculium eſſe cenſetur: vt l. peculium. §. ſi ęre. j. eo. ꝙ etiam in dote & cæteris vniuerſitatibus cõtingit: vt l. quod dicitur. j. de impen. in re. dota. & l. ſi is. §. quod dicitur. j. de iur. do. et l. Męuio. §. à me. de le. ij. & l. ij. in prin. j. de dote præle. cũ ſi. Item peculium eſt, vt dixi, quod volũtate domini vel patris filius vel ſeruus habet ſeparatum à rationibus dominicis: vt l. depoſiti. §. fi. j. eo. Sed ſi in eo filius vel ſeruus patris vel domini debitores efficiãtur: ergo quodam modo de eo peculio pater vel dominus cõueniuntur: vt l. eo tempore. in prin. j. de pec. Solu. dum dicit ꝙ in eo debitores efficiuntur, hoc intelligo nõ ſolum in caſibus l. peculium ex eo. ſed vbicunq;. nam cũ ſic dat, ſcilicet vt ſit peculiũ manifeſte apparet non ſic dari vt obligetur ad illud recipiens: qa ſic non eſſet peculium. Sed cõtra iſtam ſolutionem op. nam hoc peculiũ eſt in dominio patris vel domini: ergo qui illud tenet, hoc ipſo obligatus eſt: vt Inſti. de actio. §. j. Sol. iſta obligatio eſt impropria ad tractatum de peculio nõ pertinens. Lex enim de naturali obligatiõe loquitur: vt l. ſi noxali. in fi. j. eo. & l. nec ſeruus. & Inſti. quod cũ eo. §. cũ aũt. Vel dic ꝙ illa obligatio contra illũ qui meum tenet, tunc eſt quoties ego deſtino rem petere nõ vt deſtino non petere, vt eſt in peculio: ſed dominus amitteret eo ipſo ſeruum ſibi obligatum ad peculium reſtituendum: quapropter peculium eſſe deſinit, niſi dolo faciat: tunc enim licet deficiat: tamen fingitur non deficere: vt l. ſumma cum ratione. j. eo. Venio ad quęſtiones: & primo quæro: cum hic dicatur quod actio de peculio differt ab actione exercitoria in vno, ſcilicet qđ
9 illa in ſolidum: hæc de peculio. Nunc quæro † an ſint aliæ differentiæ. Rñ. ſic: nam illa habet locum, quando præponitur certo generi negotiationis: hæc non. Item illa habet locum quando filius vel ſeruus contraxit in merce nauali voluntate domini vel patris: hæc in patre vel domino ignorante vel contradicente: vt l. ſi quis ſeruum. §. etiam. j. eo. dummodo filius contrahat in peculiari merce. Ad hoc facit j. de ver. ob. l. ſeruus vetante. Item eſt & alia differentia: nam quando pater vel dominus conuenitur de peculio ex contractu filij vel ſerui, pater vel dñs, ſi habet in aliquo obligatum filum vel ſeruum quocunq; modo vel quocũq; iure, ante omnes alios creditores deducũt quod eis debetur, ſi ipſi conueniantur ab alijs creditoribus actione de peculio ex contractu filij vel ſerui, vt l. ſi quis ſeruum. §. etiam. j. eod. l. peculium autem. in prin. eo. tit. Sed quado intentatur exercitoria, nõ habet locum iſta prædeductio: quia tunc pater vel dominus tenentur
a inſolidũ, vt ſ. dixi: quia cũ obligatio quæſita contra eos non reſpiciat peculium, tenentur vſq; ad interuallũ. [a] nihil ergo poſſunt tunc prædeducere. Item quæro in quo differat ab inſtitoria.
10 † Rñ. in multis. nam illa inſolidum: hæc de peculio, vt hic. Item illa quando filius vel ſeruus præponitur alicui negotiationi certæ: hic quando nulli certæ negotiatiõi, ſed ſimpliciter dominus vel pater filio vel ſeruo peculiũ concedit vt negotietur. Item illa quando interuenit ſcientia & cõſenſus patris in genere vel domini circa alias res q̃ venales: hic vero quando ignorante & inuito domino vel patre ſeruus vel filius ſuper merce peculiari cõ
11 traxit: vt d. l. ſi quis ſeruum. §. etiam. j. eod. † Item quæro in quo differt hæc actio ab actione tributoria? Reſpon. actio tributoria impedit patrem vel dominum prædeducere id quod naturaliter ſibi debetur à filio vel ſeruo, ſed vocantur pater vel dominus dũ aliquid debetur eis à filio vel ſeruo in tributum ſimul cum alijs creditoribus ad id quod in peculio reperitur: vnde eligitur quędam via media vice actionis exercitoriæ & de peculio, & ipſam actionem tribuit. Item illa habet locum quando interuenit ſimplex ſcięntia dñi vel patris filio vel ſeruo cõtrahente, vt l. j. §. ſcięntiam. ſ. de trib. Hæc autem quando ignorante vel ſciente & contradicente patre vel dño filius vel ſeruus cõtraxit: & iſta ſola ſcięntia eſt illa quę tollit patri vel domino prędeductionem in tributoria: quod ſecus eſt in actione de peculio, in quo pater vel dominus deducũt. primo quod eis debetur à filio vel ſeruo: &c. Item illa competit, etiam ſi nihil ſit in peculio, vt ſ. de trib. l. j. §. merx. iſta vero ſecus. Item alia differentia ponit in l. de peculio.
12 ſ. de tribu. † Item quęro an actio de peculio ſit in rem, vel in perſonam. Quidam dicũt ꝙ eſt in rem: vt oſtendant ꝙ nullam obligationem præſupponat: & ſic pater per filiũ, & dñs per ſeruum non obligat. ꝙ probatur: quia re perempta dñs nõ tenet ſicut in reali: vt l. quęſitũ. in princip. j. eod. Et pro eis arguo: quia ille, ad quem tranſit peculiũ, poteſt conueniri: vt l. & ancillarũ. §. ſi ſeruus. j. eod. ꝙ nõ eſt in actionibus perſonalibus: vt l. j. §. ſi hęres. ad Treb. & l. ſi fideicommiſſum. l. tractatũ. ſ. de iudi. Prętera ceden do peculiũ liberaret, vt l. ſed poſt. §. communi diui. in fin. ꝙ non eſt in actionibus perſonalibus: vt l. vſufructuarius. C. de vſufru. Item dat contra dominũ vel patrem inquantũ ad eos peruenit de peculio, & ſequit rẽ. Si rẽ, ergo eſt realis. quod eſt cõtra naturam perſonalis quę ſequitur perſonam: vt l oẽs. de act. & obli. Pro qua optime facit l. quęſitũ. §. is qui j. eod. In contrarium, & hæc eſt veritas. Pro qua eſt opi. glo. in l. depoſiti. j. eod. & ita videt ſentire Iacob. de Aret. j. tit. j. in l. j. nam ei fideiuſſor accedit: vt l. creditorem. ſ. tit. j. & l. eo. tempore. j. eod. Sed obligatio fideiuſſoria requirit obligationẽ: vt Inſtit. de fideiuſſ. §. fideiuſſor. in prin. ſed obligatio reſpicit perſonales actiones: vt Inſtitu. de actio. §. j. Præterea tex. videtur expreſſus in l. j. j. de cuſtod. reo. & in l. iij. in fi. j. eo. & l. ſumma cũ ratiõe. j. eod. & Inſti. de actio. §. in perſonã. qcquid dicat Cy. in l. dominũ. C. ꝙ cũ eo. q dicit ꝙ eſt actio perſonalis cũ actione in rẽ: qa leges prædictę loquũtur de ipſa actione cũ adiectiõe de peculio: nec põt ſeparari dicta adiectio: quin aliquid remaneat, ſicut qualitas à ſuo ſubiecto: vt l. ij. ſ. de vſufr. Contraria non obſtant: nã video ꝙ in perſonalibus qs re perempta liberat: vt in debitore ſpeciei: Vnde video ꝙ ille, ad quem res peruenit titulo ſingulari, tenet actione ſcripta in rem: vt l. de eo. in fi. ſ. ad exhiben. & l. j. §. pe. j. de interdi. & hoc caſu liberatur ce
13 dendo rẽ bona fide: vt d. l. ſed poſt c̃. in fi. † Itẽ q̃ro poſito ꝙ ſit in rem ſcripta, quod tamẽ nõ eſt verũ, an ſit datiua vel natiua, qđ eſt quando naſcitur ex matre obligatione. Cy. in d. l. dñm. circa fi. dicit ꝙ eſt datiua: tenetur enim pater vel dominus propter contractũ filij vel ſerui: non ex aliqua obligatione, ſed quia lex dat hanc actionem. Facit text. j. hac ea. l. ver. eſt autẽ. Sed hoc eſt falſum, & contra tex. pluriũ legũ. Primo contra l. depoſiti. in princ. eũ. l. iij. §. ſi filius. & §. Iulianus. & §. ſed ſi filius. j. eo. & j. ti. j. l. j. iõ concludo ꝙ ſit natiua, & oriatur ex matre obligatione. Ad quod facit l. ſi quis cũ filio. j. eo. ibi debitores, &c. l. eo tempore. §. ſi cre-
14 ditor. j. eo. † Item quæro an oriatur ex obligatione ciuili & naturali, an ex ciuili tantũ. In hoc ſunt opi. quas refert gl. in l. frater à fratre. ſ. de condi. inde. Azo & Hug. dicũt ꝙ eſt ſola ciuilis obligatio, quæ tamen habet effectum naturalis. Et pro eis facit: qa deficit conſenſus, imo obligatur pater vel dominus inuitus: vt l. ſi quis ſeruum. §. etiam. j. eo. vbi dicitur quod pater & dominus tenentur ciuiliter. Alij dicunt quod eſt ciuilis & naturalis: quæ ſola naturalis & ſola ciuilis non eſt ſufficiens ad producendam actionem: vt no. Inſtit. de obli. circa princip. Breuiter opi. Azo. puto veram. Nam obligatio naturalis dicitur de iure gentium: vt l. Stichum. §. naturalis. de ſolu. & l. parietem. ſ. de ſerui. vrb. prędio. Sed qđ pater vel dominus teneantur de peculio, nõ eſt de iure gentium. ergo &c. Item non eſt hic conſenſus, qui naturalem obligationem inducat: ergo &c. Non obſtat ſi dicatur, ergo nõ eſt ſufficiens ad producendam actionem: quia debes ſcire quod
15 quædam † ſunt obligationes ciuiles, quæ habent effectum naturalis: vt dicit Azo. propter authoritatem ſtatuentium: vt obligatio, quæ deſcendit ex reſcripto principis. vel ex edicto prætoris, vt in caſu noſtro, quæ producunt actionem. Poſſumus tamen dicere quod hæc eſt ficta naturalis: quia illud, quod facit iudex vel cõditor legis, videtur facere pars, vt lege ſi ob cauſam.

C. de

C.de euic.& no.in l.j.§.hæc verba.ff.ne vis fiat ei. & l.j.de legi. & hoc est quod voluit dicere,habet effectum naturalis. Item quæro,an hoc sit proprium nomen actionis. hoc tangitur in l.
16 iij.§.Iulianus.infra eod. & ibi dicam. † Item quæro,an actio de peculio sit bonæ fidei vel stricti iuris. Dico quòd semper est stricti iuris quamuis illa, quæ competit contra filium,sit bonæ fidei:vt l.mora.§.in bonæ fidei.ff. de vsur. Ita dicit Gul.in dicta
17 l.iij.§.Iulianus. † Item quæro,an actio quæ competit contra filium,& quæ datur contra patrem vel dominum,sit vna & eadem,an verò sint duæ,scilicet vna quæ competit contra filium; alia quæ competit contra patrem? Respon.q̃ vna est & eadem: vt l.iij.§.sed si filius.ver.nec interesse.j.eo. Et ita tenet dominus Io.in l.cum filius.j.de ver.obli. Nam si diceres q̃ essent duæ esset de necessitate dicẽdum q̃ actio quæ cõpetit contra patrẽ,habe ret aliã causam,quã actio quæ cõpetit contra filiũ. quod si esset verũ,sequeretur q̃ exvno cõtractu oritẽtur duę actiones quod est falsum. Nam vnus est cõtractus,& nõ plures:vt l.si cũ filio. j.de cõpen.Sequeretur etiã q̃ plures obligationes orirent: quod dicere est absurdum.Sed licet sit vna & eadẽ,tamẽ qualitas eius mutatur:quia nõ fit cõdemnatio insolidum cõtra patrẽ sicut cõ tra filiũ:vt est tex.no.qui hoc probat in l.tam ex cõtractibus.ŝ.de iud.quod etiã optime vidistis in l.in delictis.§.si detracta.ŝ.de no xal. Et ex hoc sequitur effectus q̃ interitu speciei sicut liberatur filius,liberatur etiam pater:vt l.si homo.j.de verb.obli.Dicã in l. si ex duobus.§.in hoc autem.j.eo. Venio ad secundã partem, scilicet ad versi.est autẽ.ex quo nota tex.ibi dum dicit,hic oritur actio & no.ad illam qõ. an actio de peculio sit natiua.vel datiua. de qua dixi ŝ. Oppo. ad id quod intẽdit q̃ istud edictum sit tri plex:imò videtur q̃ nõ sit nisi vnũ: vt j.proxi.§.cũ suppletione glo.j.ibi positæ.Huius timore gl. exponit triplex,id est tripliciter agitur.q.d.vnũ tantũ est:sed tribus modis agi potest. Item op.dicitur hic q̃ hoc edictum,&c. sed hoc nõ potest procedere: quia certũ est q̃ hoc pronomen,hoc,est demonstratiuũ ad oculum:vt l.nemo.j.de hære.insti.& ibi no.& quod no.in l.si ita stipulatus fuero hanc summã.de verb.obli.sed nullum apparet edi
18 ctum:ergo nõ conuenit istud pronomen. Sol.† istud pronomẽ, hoc,est demonstratiuũ etiam ad oculũ intellectus:vt l.Mæuius. §.duobus.j.de leg.ij.Ergo hic legislator voluit demonstrare id, quod habebat in mente:& sic refertur ad intellectum:nõ autem ad oculum.Et ad istam solutionem facit vbicunq; in iure habes pronomen,hoc,tam ad demonstrationem corporalem,quàm ad intellectualem est demonstrabile:vt l.hæc actio.ŝ.de calum.& l. j.§.hæc in factũ actio.ŝ.de his qui deie.vel effu. & l.hæc actio.ŝ. de edendo &l.j.ŝ.de serui.rusti. prædio.cum si. quia certum est ibi ad oculum non posse demonstrari,cùm sint incorporalia: ergo &c. Et de hoc no.do.Franc.de Pisis in l.j.de operis noui nũ
19 cia.& in d.l.Mæuius.§.duobus.de leg.ij.† per quod videtur posse sustineri dictum testis,qui super vno articulo in palatio capitanei dixit contractum celebratũ in palatio episcopi: & super hoc capitulo dixit in hoc palatio. Nam refertur ad oculũ intellectus hoc verbũ,in hoc palatio,scilicet episcopi,de quo ŝ.dixerat: non ad oculũ corporis:argumentũ extra de testib.c.cùm tu.nisi causa conuertatur,& intelligeremus quòd demonstraretur res corporalis,per ea quæ not.in dicto §.duobus.& in j.constitutione
20 Codicis & Digestorum. † Item quærit hic glo.an qui agit de peculio,videatur agere de in rem verso? Quidam dicũt q̃ sic per istum tex. Pro quibus facit.§.in rem autem.versi.licet enim. Institutio.quod cum eo.& l.filiusfamilias.j.titu.ij. Item quando agitur contra patrem vel dominum de peculio,istud computatur & censetur esse in peculio,quod pater vel dominus debent filio vel seruo:vt l.quam Tuberonis.§.sed & id quod.j.eo.& istud nil aliud est dicere, nisi quòd pater vel dominus tenentur propter id quod versum est. Vnde concludũt quòd qui agit de peculio, agit de in rem verso. In contrariũ determinat hic glos.q̃ qui agit de peculio,non agit de in rem verso,pro qua videtur tex. expressus in l.iij.§.si filius.ver.quicquid.j.eo.& l.ancillarum. ij.respon.so.infra eodem. & ad istum textum respondet q̃ illud quod hic dicitur, quòd agitur de in rem verso. dic scilicet interdum de in rem verso, vt ibi: interdum de peculio, vt hic. quod patet: quia ponit eas indistinctè. Sed ad contrarium non respondet. Tu dic quòd non obstat. §.in rem verso, licet enim. quod ibi dicit quòd vna est actio de peculio intellige quòd ille qui proponit actionem de peculio, a consequitur effectum semper, & interdum de in rem verso.vt quando dominus debet aliquid seruo,vt d.§.sed & id quod.
21 Aduerte tũ† q̃ non semper illud quod est versum in rem dñi,censetur in peculio: nã tunc in peculio censetur quod in rem domini versum est,quoties seruus dominum naturaliter sibi obligat.& hoc tunc demum est,cum vertit in rem domini animo repe b rẽdi,non animo donandi.Itẽ si consumptũ sit illud quod versum erat:vt qa granũ,vinũ & oleum,quod mutuo acceperat,dederat familiæ domini,& ab ea fuit subtractũ. c Nota.quod granum,vinum vel oleum est in peculio:& tamẽ in rem domini versum est. Item si seruus debet domino vltra quã verterit:si de in rem verso dominus conueniatur,nõ deducit sibi debitum in actione de peculio deductus:licet sit arg.contra.j.de in rẽ ver.l.quidã.& propter istos effectus necesse est dicere,actionẽ de peculio ab actione de in rem verso discrepare:vt l.j.ĩ.tit.ij.& vidistis ŝ.de differentijs inter istã actionem & illã.Et eodem modo respondeatur ad l.filius.j.tit.ij. De quo articulo no.in d.§.in rẽ autem. Insti.quod cum eo. Venio ad tertiam partẽ,quæ est in ver.verba.quę ponit verba edicti.& gl.supplet,scilicet actionem in dominum vel patrẽ. Sed pro de-
22 claratione † quæro:hic dicitur q̃ pater ex contractu filij a tenetur
a de peculio:quęro de quo peculio possit intelligi,cũ filiusfa.possit habere plura peculia,vt dixi ŝ.in rubri.Glo.in l.pater qui castrense.j.de castrẽ pecu.mirabiliter respondet q̃ de iure antiquo pater tenetur de peculio profectitio quod ipse filio concessit: & passus est eum habere. Itẽ de peculio aduentitio,quia de iure antiquo non distinguebatur peculium aduentitium à profectitio: cum quicquid quęrebat filius,quærebat patri. De castrensi vero peculio non tenetur pater filio viuo:sed ipse filius cõuenitur: vt l.iij.§.j.de castren.pecu. Item hodie in aduentitio peculio pater non tenetur actione de peculio: sed potest conueniri vt legitimus administrator filij:vt l.j.C.de bon.mater.quod no.quia per hoc habes intellectum totius tituli de peculio:& hæc vera viuo
23 filio. † Sed quid mortuo filio,qualiter tenetur pater de peculio? Respon.de iure antiquo de peculio aduentitio & profectitio tenebatur intra annum,per titulum quãdo actio de peculio est an. de peculio vero castrensi,siquidẽ pater occupauit iure peculij,incipit assumere post mortẽ vires peculij profectitij. ideo tenetur de peculio intra annum:vt d.l.pater qui castrense.secus si vt hęres occupat.Hodie vero indistincte pater occupat vt hæres in aduentitio castrensi vel quasi:ideo nõ tenebitur de peculio,sed ciuili perpetuo.Sed contra hoc facit,quia ipse succedit filio:quomodo ergo potest teneri de peculio.Nam pater,qui tenetur de peculio,habetur vt fideiussor:vt l.cum filius.j.de verbo.obliga. & no.glo.in l.sed si damnum.§.sed & creditor.j.eod.sed si fideiussor succedit principali,extinguitur obligatio fideiussoria:vt l.hæres à debitore.§.quod si idem.j.de fideiuss.vbi istam oppositionem facit glo.& soluit in d.l.pater qui castrense.de castrensi pecu. Ve-
24 nio ad quartam partem in ver de eo.Ex quo not.† quod masculi
b num concipit fœmininum.Contra hoc b oppo.de l.si ita relictũ. in princip.de lega.secundo.& l.qui duos.de lega.iij. l. Lucius.§. quæsitum.Solu.vt per Cyn.in l.quicunq; de ser.fugi. & ibi etiã Odofr.& in Specu.de disputa.aduoca.§.j.Docto.in l.j.j. de verbo.significa.de quo est hodie gloss.in cap.generali.de electio in vj.& plenissime per domi.Francisc.de Pisis in d.l.j.de verbor.significa, Tetigi etiam in d.l.si ita relictum. Vnde potes dicere q̃
c aut masculinum c pronunciatur per nomen proprium: & tunc non comprehendit fœmininum.aut per appellatiuũ:& tunc aut pronunciatur substantiue aut adiectiue.Primo casu aut tale substantiuum est generis communis:& tunc masculinum non cõpit fœmininum:quia pronunciatio fit in vtroq; genere:argu. de vulga.& pupil.l cum ex filio.§.j.& quia quod commune est, ita se habet ad masculinum sicut ad fœmininum:vt infra de verbo. significa.l.hominis. Aut est generis masculini,vt nomen filiorũ, libertorum, & fratrum: & tunc aut seruo secundum conueniẽtiam rei,de qua loquimur, non est adaptabilis ad vtrũq; genus:

¶ Ex contractu filij. Et vide quatuor casus no.per gl. in l.cũ ancilla.C.q̃ cũ eo.i quibus pater vel dominus non tenet de peculio,nisi in q̃rtum locupletior factus est. Bal.q̃ addit quintũ in l.si filiusfa.ŝ.de iudi.

POMATES.

¶ Cõtra hoc. Vide Alex.cõs.lxxx. col. fi.vo.j.& cõs.xxiij. col.ij.vol.ij.& cõs. cxv.col.ij.vol.ij.

¶ Aut masculinum. Quãdo masculinum cõprehendat fœmininũ,vide Bar.in l.j. j.de verb.signi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

POMATES.
a ¶ Et tūc. Vide Ale. conſi. cxij. ij. vol.
POMATES.
b ¶ Indifferentis. Vid Are. cōſi. xxxix. colum. ij.
c ¶ Nullā legē reperio in hoc titu. minuſcꝫ in Pādectis, quæ incipiat, pōtor arbitratus. voluit Bart. adducere l. j. §. merito. j. tit. j. Ale. Loſæus.

vt ſi dico, liberti ſunt mariti vxorū: & tunc non continentur fœminę: & hoc non ex vi nominis ſed rei, id eſt materiæ: aut conuenientia ſermonis pōt adaptari vtriꝫ generi: & tunc aut loquimur in materia quę recipit interpretationem extenſiuā: & tūc maſculinū comprehendit fœmininum: & ita loquitur l. qui duos. & l. Lucius. §. quæſitū. & l. ſi ita relictū. Aut in materia, quæ non recipit extenſionem ſeu interpretationem extenſiuam: & tunc non concipit fœmininum: vt j. de vent. in poſ. mittē. l. j. §. quare. Hanc doc. no. tradit l. iuſta. j. de verbo. ſig. Si vero pronunciatur ſermo maſculinus adiectiue: & tunc aut ſubſtantiuatur in ſubſtantiuo generis maſculini: & tunc aut in materia extenſibili: & cōprehendit fœmininū: vt de verbo. ſig. in l. quiſquis. Aut in materia non extenſibili: & tunc ſecus. Aut ſubſtantiuatur in ſubſtantiuo generis communis: vt puta, quiſquis homo: & tunc [a] ex vi accidentis, id eſt adiectiui nil importatur: quia accidens eſt ad ſubſtantiam cui cohæret ſignū. nō enim proprietas & ſignificatio, ſed ex vi ſubſtantiui oratio ſignificat vtrunꝫ ſexū: vt j. de fiſ. l. ait diuus. & j. de verb. ſig. l. j. & l. j. j. de reg. iur. & vide quod no. in Clemen. j. de elec. in ij. gl. Sed quæro † in caſu, in quo maſculinum concipit fœmininū, an ſit de proprio ſignificato verbi: Iac. But. hic dicit ꝙ nō: ſed potius ex quadam interpretatiōe. & hoc probat per iſtum tex. Nā ſi eſſet de proprio ſignificato verba prolata in maſculino intelligerētur in fœminino: quod hic eſt ſecus. Sed mihi videtur ꝙ nec ex proprio ſignificato nec ex interpretatione maſculinū cōcipit fœmininū: & ꝙ nec poſsit procedere iſtud brocardicū: quia vbicunꝫ tu dicis ꝙ maſculinū poſsit concipere fœmininū: nō eſt bene dictum ꝙ iſtud ſit ex vi verbi maſculini: imo dico ex vi rationis: quia indifferens eſt ratio. quod probo per tex. iſtum qui dicit, ex hoc edicto in fœmininum ſexū actio datur. nō autē dicit, ex verbi interpretatione: quia non vi interpretationis, ſed vi eiuſdē rōnis quæ indifferens eſt ad vtrūꝫ ſexū. Sic in l. ſed & ſi. §. hoc ſenatus. ſ. tit. j. Exemplum in ſtatuto quo † cauetur ꝙ ſi quis vadit de nocte, puniatur in decē, & loqꝫtur de verbo maſculini generis: dico ergo ꝙ ſtatutū comprehendit fœmininum genus, non vi verbi, ſed vi rationis indifferen[b]tis. [b] Sed ſi ſtatutum diceret ſic: ſi quis rapuerit virginem vel monialē, puniatur in decē. iſto caſu ſtatutū nō comprehendit fœmininū: quia nō eſt indifferens hæc ratio. Nam ſtatutum quod habet locum in maſculo, nō habet locum in fœmina. & ſic de ſimilibus.

Si cum impubere. Ex contractu ſerui vel filiſfamilias minoris pater vel dominus nō conueniuntur, niſi inquantū locupletiores facti ſunt: vel verius dicā, niſi inquantū locupletatū eſt peculiū. h. d. Oppo. & videtur ꝙ imo inquantū eſt in peculio: vt ſ. ea. l. in prin. Solu. ſpeciale eſt hic. Ratio ſpecialitatis pōt eſſe. Nā ex quo grauatur pater vel dominus in vno, ſcilicet ꝙ ſi ſeruus vel filiusfamilias minor lęderentur propter eorum facilitatem. non reſtituerentur: vt l. iij. §. fi. ſ. de mino. releuatur in hoc, ꝙ nō tenetur de peculio, ſed inquātum peculiū eſt locupletatū: arg. l. eū qui. ſ. de iureiur. Item quærit hic gl. an iſto caſu pater vel dominus deducet ſibi debitū ſi conueniretur de peculio. & dicit. ꝙ ſic.

1 *Verbum, habeo, quod non denotet dominium.*
2 *Genitiuus quando denotet dominium, & quando poſſeſſionem.*
3 *Statutum quod accipiens rē alterius puniatur in decē, quomodo intelligatur.*
4 *Communis vſus loquendi quod attendatur in ſtatutis.*
5 *Quod actio de peculio ſit prætoria.*
6 *Id quod eſt commune, quod ſit meum.*

Poteſtatis. Iuriſconſultus hic exponit verbum, poteſtatis, poſitū in edicto. & primo dicit qđ iſtud verbū, poteſtatis, refertur tam ad filiū ꝙm ad ſeruum. Secundo dicit ꝙ ſeruorum appellatione continentur nedum proprij: ſed hi, quos bona fide poſsidemus tātūmodo. & ꝙ appellatione ſeruorum cōtinētur nō ſolū proprij. ſed cōmunes. & h. d. Verbū, poteſtatis, aſſumit large vt cōprehēdat ſeruos proprios & communes, & ēt bona fide poſſeſſos, & eos, in quos habemus vſumfructū & hæreditarios, & cōprehendit dominos vtriuſꝫ ſexus mi[a] nores & furioſos h. d. cū l. ſeq. ibi: ex ea cā. No. ꝙ. † verbū, habeo, verificatur ſiue res ſit mea, ſiue non: adeo ꝙ de neceſsitate nō denotat dominij exiſtentiā. ad quod l. j. §. quod autē. de vi & vi ar[2] ma. Secundo no. †. ꝙ genitiuus verificatur rōne poſſeſsiōis. Cōtra hoc opi. & videtur ꝙ genitiuus habeat ſignificare dominiū: vt l. ſeruum Titij. j. mādati. & l. ſi hæredis ſeruus. de le. j. & l. ſi ſeruus cōis meus. j. de ſtip. ſer. Sol. fateor ꝙ genitiuus habet dictam ſignificationē, & etiā alias ſignificationes: vt hic. vbi ponitur in lege, debet ſumi prout magis aptus eſt in materia, in qua ponitur vt l. quoties in ſtipulatiōibus. de verb. obli. vbi expreſſe ponit hoc exēplū, dum dicit, liber Ariſtotelis. & l. quoties idem ſermo. de [3] reg. iur. & l. liberorū. §. j. & de leg. iij. Sed pone: † dicit ſtatutū qđ quicunꝫ acceperit rem alterius, puniatur in decē. quæro quid ſignificat illud, rem alterius: an dominium, an vero poſſeſsionem. Et videtur ꝙ ſignificat dominium, ita ꝙ nō poſſeſsionem: vt l. ij. poſt prin. ſ. de reli. & ſump. fu. In contrarium videt ꝙ verificetur nō tātū in dñio ſed etiā in poſſeſsiōe, vt hic. Itē ſi habeo rē cōmodatā vel depoſitā apud me, dicit eſſe in ptāte mea: vt l. j. in prin. et §. ait prætor. cū l. ſeq. ſ. nau. cau. ſta. Dic quod de proprio & ſtricto ſignificato ſignificat dominium: vt d. l. ij. ſed de ſignificatiōe magis larga & impropria cōprehendit etiā poſſeſsionē, & detentionem: vt hic. Vnde generaliter antiqui dicebant ꝙ genitiuus quandoꝫ regitur ex natura eius ꝙ eſt alterius: quandoꝫ ex natura poſſeſsionis. In ſtatuto vero licet debeamus accipere propriam ſignificationem vocabuli, vt l. non aliter. de le. iij. tamē ꝓ[4] pter † cōmunem vſum loquendi accipiā hoc ſecundo modo: vt l. librorū. §. quid ergo. & qđ ibi no. de leg. iij. & l. Lucius. Et qđ ipſe communis vſus loquendi attendatur, facit quod not. in l. ij. [5] §. tulerunt. in glo. no. arg. ſ. de ori. iu. Secundo no. ꝙ † iſtæ actiōes ſunt prætoriæ: vt hic in l. ex ea cauſa. ibi: honorariæ, &c. ad quod [c] facit l. j. in prin. ſ. e. l. prętor arbitratus. j. [c] eo. & l. Titius. de reicin. [6] vendi. Tertio no. ꝙ † id quod cōe eſt, meū eſt. de quo per Dyn. in l. ſerui electione. de leg. j. & per Cy. in l. j. C. qui teſt. fac. poſ. & ꝑ Dy. etiam in c. in re communi. de reg. iu. in vj. & per do. Fran. de Piſis in l. ſed ſi hac. §. qui manumittitur. de in ius vocan. & in d. l. j. C. qui teſta. fa. poſ. in ſimili. & ego tetigi in d. l. ſerui electione. plenius quam alibi.

1 *Actio de peculio an ſit datiua. remiſſiue.*
2 *Verba edicti abſolutè poſita quod verificentur etiam in eo qui in nullius eſt poteſtate.*
3 *Hæreditas iacens quantum ad hunc titulum quod non dicatur domina.*

LEX III.

Licet. Iſtud principium ſummaui cum prędēcibus: & adhuc venit ad expoſitionem illius verbi, [1] poteſtatis, poſiti in edicto. Not. ꝙ † iſta actio eſt datiua: [2] vt hic in tex. ibi: polliceatur, &c. & ibi: dari de peculio. de quo dic vt dixi ſ. eo. l. j. Item no. ꝙ † verba edicti abſolute poſita in eo qui eſt in poteſtate alterius verificantur etiam in eo qui nullum ha[3] bet dominiū, vt hic. ibi: in nullius poteſtate, &c. Item no. ꝙ † hæreditas iacens ꝙm ad hunc titulū non dicitur domina: licet in alijs ſecus: vt l. hęreditas. j. de acqui. re. do. Nam hic requiritur dominiū perſonæ viuentis, non fictæ. Et eſt ratio: quia in conſtitutione peculij requiritur conſenſus: ſed hæreditas non poteſt conſentire: ergo &c. ſed tamen ex æquitate verificat etiam in perſona repræſentata à iure: vt eſt hæres, qui ab hæreditate iacente repræſentatur.

Vnde Labeo. Hic Iuriſconſultus declarat plenius ꝙ dixerat in prin. legis adducendo dicta Labeonis. No. ꝙ verba edicti quæ dicunt: quæ in alterius poteſtate, &c. verificantur in vna & eadem perſona. Oppo. hic dicitur quod ſeruus liber factus conuenitur de eo quod geſsit in ſeruitute. Contra de l. j. C. an ſer. ex ſuo fa. & per totum. Solue vt in gloſſ. Item oppo. dicitur hic, ſeruum liberum factum teneri de peculio: contra, imo videtur quod inſolidum. Nam ex quo eſt liber & hæres: cenſetur liber factus à die mortis teſtatoris: & ſic videtur non vt ſeruus contraxiſſe: vt l. omnia fere. j. de regu. iur. & l. hæres quoq; infra de acqui. hære. Glo. ſoluit, ſed ſua ſol. eſſet vera, quando eſſet inſtitutus pure liber & hæres: ſed hic nō fuit inſtitutus pure, ſed fuit vulgariter ſubſtitutus, vt patet i tex. ibi mox repudiantibus, &c. quæ ſubſtitutio eſt cōditionalis inſtitutio: vt no. in l. Galius. in prin. de lib. & poſthu. & l. in ratione. §. ſi filio. ad le. fal. & l. qui liberis. de vulg. & pupil. & iō in medio tempore non dicitur eſſe hæres, niſi fictione iuris.

Verbum

Universidad de Deusto Biblioteca

1 ☞ *Verbum, alterius, comprehendit masculinum & femininum.*
2 *Tutor & curator æquiparantur.*
3 *Quando agitur contra furiosum, libellus formatur in persona procuratoris.*
4 *Constitutio seu demandatio peculij non finitur morte.*
5 *Pupillus etiam cum tutoris authoritate non constituit peculium.*

Parui autem. Hic iurisconsultus exponit verbum edicti qui in alterius, &c. hoc dicit. verbum alterius, comprehēdit vtrunq; sexum, minores & furiosos. hoc
1 dicit. Not. quod dixi in summario † quod istud verbum, alterius, comprehendit masculinum & fœmininum. Not. text.
2 quod dominus est obligatus. Not. † in versicu. in furiosi. tu-
3 torem & curatorē æquiparari. Item not. † quod quando agitur contra furiosum, debet formari libellus in persona curatoris.

Opp. quod dominus dicitur fideiussor serui: vt l. cum filius. de verborum obligatio. & not. in l. sed si damnum. §. sed & creditor. infra eodem. Sed mulier non potest intercedere: quia habet exceptionem Velleiani: ergo &c. Sol. hic in re propria. Ad quod facit l. de die. §. primo. supra qui satisdare cogan. Item
4 nota † quod ista demandatio seu constitutio peculij non finitur
5 morte mandantis seu cōstituentis, &c. No. † etiam pupillum cum tutoris authoritate non posse cōstituere peculium: & idē si esset furiosus.

1 ☞ *Interrogatus de duobus potest simul in diuersis orationibus respondere.*
2 *Ne iuris ordo in respondendo peruertatur, congrua debet fieri responsio.*
3 *Intercessio dicitur officium.*
4 *Actio de peculio an sit proprium nomen actionis.*

a **Si filiusfa.** [a]Hic exponitur vltimum verbum edicti, scilicet negotium gestum est, &c. & incipit declarare quādo dicitur negotium gestum. & primo de negotio extraiudiciali: & glo. diuidit. Tu dic q; iste est proprie §. vlq; ad §. ex furtiua. & diuiditur in tres partes principales. Primo format tres quęstiones in persona duorum, scilicet serui, & filij. Secundo incipit ad illas respondere circa personam serui. Tertio circa personam filij. Secunda ibi: & est verius. Tertia ibi: sed si filius. Item secūda pars diuiditur in septem partes. Nam primo Iurisconsultus respondet ad primam quæstionem dum seruus fideiusit: quia ita demum obligat dominum, si fideiusit in causa peculiari. secus si extra causam peculiarem. Secundo respondet ad tertiam quæstionem dum seruus mandauit. & similiter ibi distinguit in causa peculiari vel non. & tene primam lect. glo. Tertio dicit quod distinctio adhibita in mandatario serui, non admittitur in fideiussore filij: sed indistincte dicit patrem de peculio teneri. Quarto dicit distinctionem adhibitam in mādatario serui habere locum etiā in fideiussore ipsius serui. Quinto quod est dictum in fideiussore filij, dicit habere locum etiam in mandatario ipsius. Sexto quod dictum est in fideiussore & mandatario filij, quod agunt de peculio, dicitur habere locum quando fideiubet vel soluit patri creditori: alias mādatarius soluens solutum contradicit: & fideiussori dato à filio contra patrem succurritur: & fideiussor exceptione doli iuuatur. Septimo dicit eum obligari ex facto serui extraiudiciali: secus ex negotio iudiciali, siue iudicium agitetur coram arbitro, siue coram iudice. Secunda ibi: Iulianus quoque. Tertia ibi: cui congruit. Quarta ibi: idem accipias. Quinta ibi: idemq;. Sexta ibi: quod si filius. Septima ibi: si seruus. Item tertia pars principalis diuiditur in duas partes: & primo dicit quod filius fideiubendo vel mandando indistincte obligat patrem, non distinguēdo in causa peculiari vel non. Secundo quod dictum est, patrem obligari ex facto filij extraiudiciali, indistincte habet locum etiam in iudiciali: siue iudicium agatur coram arbitro, siue coram iudice. Item quandocunq; & quotiescunq; in iudicio interueniat. Secunda ibi: quare ex compromisso. Venio igitur ad secundam partem principalem: quia prima est clara. & examinemus hunc §. per partes. & ista secunda pars hoc dicit. Seruus fideiubē do vel mandando extra causam de peculio non obligat dominum de peculio: sed fideiussori dato à filio contra patrem hac actione succurritur, si ipse est creditor: alias mandatarius totum condicit, & fideiussor vtitur exceptione. hoc dicit. No. quod
1 † de duobus interrogatis simul potest in diuersis orationibus re-
2 sponderi. Secundo no. † q congrua debet fieri responsio, ne iu-
3 ris ordo in respōdendo peruertatur. Tertio no. † q intercessio dicitur officium. ad quod l. j. in princip. j. ad Velleia. Glo.
4 & Guil quærunt hic, † an actio de peculio sit proprium nomen actionis. Dic vt hic per eos. Pro quibus facit tex. in l. Titius. j. de rescin. ven. & instit. quod cum eo. §. istas tamē. & videtur text. in §. is quoq;. & in l. si eum. §. fi. ſ. de exercito. & ibi gl. no. de hoc vt per Guli.

1 ☞ *Qui nō obligatur in iudicio, obligatur compromisso in arbitratorem: secus in arbitrum.*
2 *Laudum latum per arbitratorē quòd sit quædā transactio.*
3 *Arbitria sunt redacta ad instar iudiciorum.*
4 *Veniens contra laudum nullum q̄ non incidat in pœnam.*

Si seruus. Hæc est septima pars. & hoc dicit. Qui non obligatur iudicio, non obligatur compromisso. hoc dicit. Et intelligo hoc verum † in compromisso in arbitrum: secus in arbitra-
2 torem. Tunc † enim est quædam trāsactio: vt in auc. vt diffe. iudi. §. si vero contigerit. & sic quidam contractus. Sicut ergo obligat dominum de peculio contrahendo: ita & in arbitratorem compromittēdo. quod not. Nota quod sicut seruus non potest esse ī iudicio: vt l. seruus. C. de iudi. ita nec
3 compromittere: quoniam † arbitria sunt redacta ad instar iudiciorum: vt l. j. C. de arb.
4 Item nota quod qui † venit contra lau-
b dum [b] quod est ipso iure nullum, in pœnā non incidit. Pro quo facit text. & glo. in l. apud Celsum. §. item quærit. de doli exce.

1 ☞ *Filius fideiubendo, compromittendo, & contrahēdo, quod obligat patrem de peculio.*
2 *Illa obligatio, qua tenetur pater & filius, quod sit eadem numero.*
3 *Origo actionis q̄ non attendatur.*
4 *Filius q̄ possit compromittere sine patris consensu.*
5 *Arbitria sunt redacta ad instar iudiciorum, an hoc vt filius possit agere sine patris consensu.*

Sed si filius. Hæc est tertia pars principalis. & h. d.
1 Filius † fideiubendo, compromittendo, & contrahendo, patrē obligat de peculio. h. d. Et in hoc differt a seruo. Quam differē tiam no. & istam & alias differentias habes plene C. quod cum
2 eo. in l. nulla res. Not. q̄ † eadē obligatio est numero illa, qua
3 tenentur & pater & filius. Item no. † q̄ origo actionis non
4 attenditur. Item no. q̄ licet † filius in iudicio esse non possit sine consensu patris, vt l. fi. §. necessitate. de bo. quæ lib. tamē cōpromittere potest, vt hic secundū Guli. Sed ego dico q̄ de hoc est gl. in dicto §. necessitate. Sed contra hoc oppo. de l. j. C. de
5 arbi. † vbi arbitria sunt redacta ad instar iudiciorum. Dicit glo. q̄ est verum. Interdum tamen fallit: vt patet in l. quid ergo. §. ex compromisso. ſ. de his qui no. infami. & l. si dictum. §. j. de euict. Alij dicunt q̄ hoc est verum, quando ex sententia arbitri oritur actio. Tu dic & melius: aut agitur ex sententia arbitri tanq; ex iudicio: & tūc debet eōsentire: vt l. cū antea. & l. ne ī arbitris. C. de arb. Aut agitur ex contractu: & tunc secus. quod no. multū. Huic etiā adde l. post legatum. §. si filius. de his qui. vt indignis.

1 ☞ *In iudicio quasi contrahitur: & an celebretur ex sententia vel litis contestatione. & nu. 6.*
2 *Ex sententia oritur obligatio.*
3 *Iudicia sunt quasi contractus: & iudicia & stipulationes æquiparantur. & nu. 16. vbi in quibus differant.*
4 *Actio q̄ non sortiatur naturam, in cuius locum surrogatur.*
5 *Actio de peculio non est proprium nomen actionis.*
7 *Ante litis contestationem super principali negotio non proceditur ad diffinitiuam.*
8 *In emergentibus ante lit. contest. q̄ quasi contrahatur.*
9 *Arguere de contractu ad quasi contractum quod possit. & nu. 12.*
10 *Arguere de sententia ad vltimam voluntatem quod liceat.*
11 *Factum iudicis dicitur factum partis.*
13 *Actio iudicati quod oriatur ex obligatione, quæ causatur ex sententia.*
14 *Actio iudicati seu in factum ex sententia, quod sit natiua.*
15 *Ex sententia interlocutoria quod oriatur actio in factum, sicut ex diffinitiua.*
17 *Origo actionis an attendatur.*
18 *Si per statutum pro crimine, in quo pœna sanguinis veniret imponenda, imponatur pœna pecuniaria, an poterit transigi super tali crimine.*
19 *Si pro homicidio imponitur pœna pecuniaria, an poterit in dicto casu interuenire procurator.*

a ¶ Si filiusfa. Vid̄ dcto. ī l. si ex duobus. §. j. & ibi oīno Ang. de duo. reis.

5 ¶ De peculio. Bar. allegat hic cōtrarius: pro quo vide eiusdē concord. Bart. cōcordan. xiij. incip. longe subtilius.

b ¶ Venit contra laudum. Veniens contra laudū nullū, non incidit in pœnā: imo dicit tex. no. in c. examinata de cōfir. vti. vel inuti. q̄ etiā non pōt emologari laudum super quo non ꝓcedit compromissum. Item ad hoc facit gl. no. ī l. si patronus. j. si quid in frau. pa. & per istum tex. dicit Bal. in l. ij. in j. colū. C. de excep. rei iu. si contra laudum nulla potest opponi exceptio, poterit opponi exceptio q̄ cōpromissum est nullum. Facit l. diuus. et ibi Barto. de test. mi. Adde an incidat in pœnam qui cōtrauenit laudo nullo, Bal. cōsi. xxij. lib. iij. Et an laudū possit emologari nullo prꝫcedēte compromisso, Pe. de Anc. consi. cclxij.

↦ POMATES.

b ¶ Contra laudū. De quo vide aliquas remissiones in l. pacta q̄ contra. C. de pact. & consil. xxxij. vol. ij. vbi declarat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Secunda Bartoli ſuper Digeſto veteri.

a ¶ Idē ſcribit. Et addē q̄ Bar. i l. ſi finita. §. ſi de vectigalibus. d̄ dam. inſe. in vlt. col. intelligit iſtū tex. habere locū q̄n in certa quātitate cōdēnatur filius, & nō i publicatione bonorū. Itē q̄n nec cōdemnatur in abſentia. qd̄ ītellige q̄n ſemp fuit abſens. ſecus ſi fuit litem conteſtatus. & poſtea ſe abſentauit qa tenetur propter quaſi cōtractū initū in cōteſtatione, p̄ no. in l. ij. ī. de p̄reto. ſtipu. p̄ glo. & doct. licet ſi in abſentia cōdēnetur tenebit̄ pater. Sed hoc vltimū nō eſt ſine ſcrupulo. primo, qa vbi alias ſentētia nocet tertio nūquā nocet, q̄n fertur i abſentē, licet ſit cōteſt. lis, iuxta no. ī l. q repudiantis. §. de inoffi. teſt. & p̄ Bar. in l. cū filius. de ver. oblig. Itē qa iſte tex. loqtur in quaſi contractu ſentētiæ, quæ immediate ordinatur ad id quod immediate deuenit in ſentētia: quæ rō ceſſat in quaſi cōtractu q fit per cōteſt. Et vide Io. de Imo. in d. §. ſi de vectigalibus.

1 b

2

3

4

5

6

7

8 c

9

10

11

Idē ſcribit, [a]Iſtū §. diuiſi cū p̄cedē tib⁹. & h. d. In iudicio quaſi cōtrahit̄: et ideo iudicati pater tenetur, primæ actiōis origine nō inſpecta. h. d. No. †q̄ in iudicio quaſi cōtrahit̄. Itē no. q̄ iſte quaſi cōtractus celebratur [b]ex ſnīa. Exponit enim gl. iudicio, i. ſnīa. Alibi dicit q̄ iſte cōtractus celebratur litis cōteſtatiōe: vt no. ī. l. ij. in ſi. de p̄reto. ſtip. dic vt ibi. Itē no. †q̄ ex ſnīa oritur obligatio: qd̄ dic vt dixi in l. Iulianus verū debitorē. §. d̄ cōdi. indebi. Itē no. q̄ †iudicia ſunt quaſi cōtractus: qd̄ valet ad materiā moræ, &c. Itē no. q̄ iudicia et ſtipulatiōes æq̄parantur. Itē no. q̄ †actio nō ſortitur eius naturā: in cuius locū ſubrogatur. Itē no. q̄ †actio de peculio nō eſt p̄ priū nomē actionis. Venio †ad primū, et op. hic dicit̄ q̄ in iudicijs cōtrahit̄. et gl. expōit, i. in ſnīa. Cōtra, imo videtur q̄ ī litis cōte. fiat quaſi cōtractus: vt no. in gl. magna ī l. ij. de p̄to. ſtipu. So. ī iudicio ſunt duo quaſi cōtractus. Vnus eſt, qui fit per lit. cōt. et ille obligat me ipſi iſtātiæ iudicij, et operatur effectū, vt poſtmodū iudiciū ſequētibus actibus poſsit agitari, adeo q̄ poſt lit. cōte. iudex pōt p̄cedere me abſente, q̄ qdē iudex hoc facere nō poſſet ante lit. cōte. qa †ante lit. cōt. ſuper negotio p̄ncipali nō pōt p̄cedi ad diffinitiuā: vt no. in auth. q̄ ſemel. C. qūo et q̄n iud. ſecūdū cōmunē opi. & extra, de dolo et cōt. c. cām q̄. & c. prout nobis. Sed procedit ad captionē pignorū, et ad miſſionē ī poſſeſſionē p̄ mēſura debiti declarati: vt l. cū p̄ponas. et auth. et q̄. C. de bo. auth. iud. poſſi. et ad alia remedia, de quibus in l. j. de ſuſp. tu. j. et in l. j. §. ſi quis ius dicē nō obtē. Alius eſt quaſi cōtractus, q̄ fit in iudicio p̄ ſnīæ p̄lationē: et ita loqtur hæc glo. et iſte quaſi cōtractus q fit p̄ actū ſnīæ obligat me, nō inſtātiæ: quia iā eſt ſinita p̄ ſētētiæ p̄lationē, vt l. terminato. C. de fruc. et li. expē. et quia ſnīa nō imponit finē cōtrouerſiæ: ſed obligat me ſtare ei, qd̄ in ſnīa cōtinetur. Hinc eſt q̄ ex iſta ſētētia oritur q̄dā actio iudicati, ſeu in factū qd̄ idē eſt: vt C. de rebus cre. l. actori. Cogor enim obſeruare qd̄ in ſnīa continet̄: & ſic bene obligor, ſicut in q̄ocūque cōtractu. Sed †circa hoc quæro: [c]dixi quod per lit. conte. quaſi contrahitur. q̄ro quid in his q̄ę emergunt ante lit. conteſt. an his dicatur quaſi cōtrahi? Dico quod ſic. nam quamuis in eis non cōteſtetur lis expreſſe tamen quaſi conteſtatur: vt not. in ca. prudentiam. §. iij. de offi. dele. Si ergo quaſi conteſtatur: ergo quaſi contrahitur quod multum not. & de hoc eſt text. expreſſus, in l. de ætate. §. qui interrogatus. de inter. act. Nā in ipſa interrogatiōe et reſpōſione quaſi contrahitur: et tamen fit interrogatio añ lit. cōte. vt eo. ti. l. j. &c. Itē circa iſtud q̄ro, quare gl. expoſuit: hic cōtrahi. i. quaſi cōtrahi. R ñ. ſō ſic expoſuit: qa q̄n aliq̄s quaſi cōtrahit, vtriuſque cōſenſus non eſt neceſſarius: vt eſt videre in negotiorum geſtore, qui ignorante domino, imo etiam inuito gerit: vt l. ſoluēdo. ſupra de neg. geſt. Si autem vtriuſque cōſenſus eſſet neceſſarius, eēt verus contractus, vt l. j. §. de pac. Sed contra iſtud oppo. tu dicis quod hic non eſt conſenſus. contra. nam lex dicit quod ex ſententia oritur actio ī factū: vt l. actori. C. de re. cre. et hic. Sed actio p̄ſup ponit obligationē ciuilē & naturalē. nā ex ſola ciuili nō orit̄: vt Inſti. de obli. in prin. ſed ex vtraq̄: vt no. in l. iuris gentiū. §. qun imo. de pact. & in l. fideiuſſor. §. fideiuſſor. de fideiuſ. licet hic eſt ciuilis tm̄ ex ſnīa: quia ſnīa eſt actus ciuilis: vt l. actus legitimi. de reg. iur. quia actus ciuilis aliū actū ciuilem inducit, nō naturalē: nō autē eſt naturalis, quoniā cōſenſu cauſat̄: vt l. j. §. de pact. hic aūt nō eſt cōſenſus, vt dicis: ſed potius diſſenſus: quia iudicium reddit̄ in inuitū: vt l. inter ſtipulantē. §. j. de verb. obli. ergo &c. Pe. ſoluit iſtud cōtrariū, & male dicit. Dicit enim q̄ hic eſt quædā tacita obligatio, ex qua orit̄ actio ex re iudicata. Alij dicunt q̄ hic eſt verus cōſenſus ex quo cauſat̄ naturalis. Nā in iudicio quaſi cōtrahit̄: vt hic. ſed omnis cōtractus habet ī ſe cōſenſum: vt d. l. j. de pac. ergo & quaſi cōtractus: & p̄ cōſequēs obligatio nē naturalē. Nā †arguit̄ de cōtractu ad quaſi cōtractū: vt Inſt. de act. §. j. & l. impuberes. j. de autho. tuto. & l. ſi ex duob⁹. §. de neg. geſt. cū ſimi. Itē ille dicit̄ cōſentire, q̄ cām cōtradicēdi non habet. j. ſol. ma. l. ij. §. volūtatē, ſed lata ſnīa declarat̄ q̄ ille q̄ condēnatus eſt, nō habuit̄ bonā cām vel iuſtā cōtradicēdi: ergo vī cōſentire: & ex illo cōſenſu naſci naturalē ex ſnīa, & ex quaſi cōtractu iudicij. Itē coacta volūtas, volūtas eſt. vt l. j. C. ex quibus cau. infa. irro. & in l. ſi mulier. §. ſi metu. ſ. quod met. cau. ergo & cōſenſus, à quo cauſat̄ naturalis. Itē licitū eſt †arg. de ſnīa ad vltimā volūtatē: vt l. nō eſt mirū. §. de pig. actio. ſed ex vltima volūtate orit̄ actio: ergo &c. Itē ille, q̄ nō appellat, vī cōſentire iudicatis: vt l. tutor. de ap. & l. ab eo. C. qūo & q̄n iud. & dixi in l. interdū. §. de cōd. inde. do. Frā. de Piſis dicit aliter, & melius, q̄ hic nō ſit tacita obligatio: vt voluit Pet. nec exp̄ſſa: vt alij voluerūt: vt §. dixi: imo potius ſit ficta. Quod vī ſatis ſuadere quod hic dicitur, q̄ in iudicijs quaſi cōtrahit̄, à quo cauſat̄ naturalis obligatio. Nā etiā video ī quaſi cōtractu q̄ tutor gerit negotiū infantis: & obligat̄ actione tutelæ ex quaſi contractu: & ſibi obligat infantē, qui nullū habet conſenſum. Hoc etiā video in negotiorū geſtore, q̄ gerit negotiū furioſi, nullū habet cōſēſum: vt de vtroq̄ p̄bat̄ Inſti. de obli. q̄ ex quaſi cōtractu. §. j. & ij. Preterea tex. eſt expreſſus Inſti. de obli. quæ ex quaſi cōtractu. poſt prin. q̄ ī quaſi cōtractu nō eſt cōſenſus. Præterea, de neceſsitate quaſi cōtractus nō eſt q̄ quis cōſentiat, vt p̄bat̄ in omnibus legib⁹, quæ de quaſi contractibus loquūtur. Nam cōſenſus dicit mihi actum ſimul fieri: vt l. conſenſu. de actio. & obli. & l. j. §. de pact. Siue ergo accipiam contractū negotiorū, ſiue tutelæ, ſiue communionis, ita q̄ incido in cōi diuidūdo: nō eſt dare ſimul cōſentire. Nam ſi ego gero abſentis negotia: certe nil ſentit mecū ſimul: ſed bene dico q̄ ibi eſt ſenſus: quia ibi vnus agit: & ſic ſentit. Item probatur in condictione indebiti, quæ dicit̄ obligatio ex quaſi cōtractu: & tamē cōſtat manifeſte inter ſoluentē & recipientē cōſenſum nō interueniſſe: ſed potius errorē, qui cōſenſum impedit: vt l. ſi per errorem. §. de iur. om. iudi. tamē video q̄ obligat̄ condictione indebiti. Nam licet conſentiat ſoluēdo, errat in cauſa ſolutionis. Circa quod vide gl. in l. j. in prin. ſ. de cōdi. inde. Item in alijs vbi dicā iſtū conſenſum fictū & ſubauditū à lege, ex quo poſsit naturalis obligatio p̄cedere. & iſte eſt prior modus loquendi q̄ lex fingat iſtū cōſenſum: q̄ſi dicatur tacitus vel verus, vt illi dicere voluerunt. & idē dicā in alijs quaſi contractibus, in quibus dicam iſtum cōſenſum fictum & ſubauditum à lege, ex quo obligatio naturalis poſsit p̄cedere. Vnde concludo q̄ ex ſententia oritur obligatio naturalis cauſata à conſenſu ficto, qui dicitur eſſe in illo quaſi contractu iudiciali: & ſic oportet te intelligere. Item †illud quod facit iudex, videtur facere pars: vt l. ſi ob cauſam. C. de euic. & not. in l. j. §. hæc verba. ne vis fiat ei. Præterea de hoc nō eſt mirandū q̄ lex p̄ſumat conſenſum. Nam ſi lex facit q̄ p̄ſumat̄ cōtractus vbi nō eſt: vt l. vnica. C. de rei vxo. act. multo magis pōt p̄ſumere cōſenſum. Facit l. vēdicantē. § j. de euic. Nec poteſt p̄cedere illud quod Pet. dicit, q̄ eſt tacita obligatio, ex qua orit̄ actio: quia lex dicit q̄ extra id quod agit̄, tacita naſcit̄ obligatio: & ideo nō eſt verū q̄ tacite nec expreſſe agat̄: vt l. ſi is q̄. §. ſi libero. ſ. cōmodati. Nō eſt ergo verū dicere q̄ ſit tacita obligatio, ſiue loquamur ī p̄ſonalibus, ſiue in obligatione bonorū, ſiue q̄ocunq̄, ſemp reſultat ex eo qd̄ licet nō ſit expreſſum tacite, tm̄ pars cōſentit: vt l. poſtq̄ liti. C. de pac. ſed ī d. §. ſi libero. dicit extra id quod agit̄. At inter ipſos non agit̄ tacite vel exp̄ſſe: ſed agit̄, vt dixi, ad id qd̄ alij dicebāt, q̄ hic eſt verus cōſenſus, p̄bant ipſi q̄ in iudicio quaſi

a POMATES.

b ¶ Celebratur. Vide ad hoc Fel. in rubr. de re iud. co. xj. & in c. q̄d ad conſultationē. co. ij. eo. ti. Barb. conſil. xlij. ij. volu. Bal. conſi. cccx. in ij. parte.

c ¶ Circa hoc quæro. p̄ lit. cōteſt. quaſi cōtrahit̄. ſed qd de his quę hūt añ litē cōt. an quaſi cōtrahat? Add̄ no. p̄ Bar. poſt gl. ſ. l. ij. §. j. de præt. ſtip. & qd in his, ſ. q̄bus lis nō conteſtat, vide Bart. in l. nihil. C. de p̄cu. & qd ibi dixi. idē dicas ſ iuramēto: vt l. depoſiti j. eo. §. j. & adde q̄ per ſentētiā ēt quaſi cōtrahit̄, ſi ſit cōdēnatoria. ſecus ſi abſolutoria. ſecundū Bald. in l. ij. C. ſi plur. vna ſentētia. & ī l. eos. §. ne temere. in fi. C. de appel. & iſta faciunt an in incidenti vel emergenti ſit lis cōteſtanda, de quo per Bal. in auth. ſed & ſi qs. in iij. co. C. de teſtibus. & iu l. ij. C. de ordi. cogni. & ibi ēt dicit Bald. q̄ in exceptionibus nō quaſi cōtrahitur: & ſic lis non conteſtatur: qa excipiēdo nemo obligatur.

quasi contrahitur &c. Rñ.q̃ hoc non procedit:nam non sequi
tur,omnis contractus habet in se cõsensum:ergo & omnis qua
si contractus:quia hoc est falsum:vt patet Instit.de ob.quæ ex
quasi contractu nascuntur.circa princi.& per totum.& sic non
est ibi consensus:& tamen nõ est mirum si est ibi naturalis.Nec
12 obstat†q̃ possumus arguere de cõtractu ad quasi cõtractum:[a]
a quia id est verum vbi diuersitas causarum inducit obligationẽ:
sed si diuersitas causarũ est:ergo &c.& q̃ sit diuersitas causarũ,
patet:quia obligatio naturalis ex quasi contractu causatur a cõ
sensu:sed in quasi contractu non est consensus:ergo in hoc non
sunt pares,vt dixi. Et si tu dicis,nõne actio et obligatio ex qua
si contractu reperiuntur per totum titulum de obliga.& quasi
contractu?Sol.dico q̃ non sequitur,Est dare obligationem ex
quasi contractu:ergo ibi est dare consensum:quia dico q̃ ibi est
naturalis,scilicet ficta:quæ licet in veritate non habeat consen
sum,tamen in veritate lex fingit.sed si esset consensus verus vel
tacitus,non diceretur ficta,sed præsumpta obligatio causata à
consensu præsumpto.& sic est argu.in §.nostro,q̃ in quolibet
quasi contractu sit dare obligationẽ fictam.Item ad illud quod
dicunt,q̃ qui non habet causam cõtradicendi per §.voluntatẽ,
&c.Respon.q̃ non est verum:quia ibi loquitur in casu specialis
simo,vt no.in l.qui ad certum.j.locati.coniuncta.l.dotem.eo.ti.
Præterea posito q̃ sit argumentum verum:tamen tunc non est
consensus tacitus vel præsumptus,sed fictus:cum tex.ibi dicat,
videtur,quod verbum,videtur,habet improprietatem denota
re,& fictionem:vt l.naturaliter.in princi.de acquir.pos.Item ad
aliud quod dicunt,q̃ coacta voluntas,volũtas est,&c. Respõ.
& dico q̃ in iudicijs nulla est voluntas,etiam coacta,sed omni
no in inuitum redduntur.Est enim voluntas ficta,& non vera:
siue dicas esse liberam vel coactã. Et si tu dicis,veritas & fictio
æquiparantur:vt no.in l.si filius.š.si certum peta.ergo sicut ve
ra voluntas & verus consensus inducunt obligationem:ita &
ficta debet inducere.Fateor argumentum istud quod ijdem in
ducunt:sed disputatio nostra,in qua sumus,est solum de causa
inducente obligationem naturalem,scilicet an sit consensus ve
rus an fictus:an præsumptus seu tacitus.& dico q̃ fictus,vt š.di
xi.Sed tamen circa hoc dicerem q̃ non est consensus verus,nec
tacitus,nec fictus. Ad contrarium respondeo:dico q̃ hic est ci
uilis sola,quæ habet effectum naturalis propter authoritatem
statuentis,vt dicimus in rescripto principis,& in ædicto præto
ris,& si.et hoc est quod voluit dicere Azo.in l.frater à fratre.š.
de condi.indebi.dicens q̃ illa ciuilis habet effectum naturalis.
13 Sed circa hoc ego quæro vnde ista †actio iudicati seu in factũ
oritur.Text.h.d.q̃ ex re iudicata.quod intellige quod oritur ex
sententia non immediate,sed ex obligatione quæ causatur ex
sententia tanquam ex materia.vt hic secũdum Gul. Ad quod
facit l.iiij.§.soluisse.de re iud.& l.chirographis.§.ab eo.de admi.
14 tut.Quod no.quia accidit q.†an ista actio sit natiua vel datiua:
nam videtur natiua: quoniam vbicunq̃ est dare materiam, ex
qua nasci possit actio semper est natiua:vt l.iuris gẽtium,post
prin.š.de pac.Sed hic habes expressum q̃ est obligatio ex quasi
15 contractu: & sic est natiua,& non datiua. †Item†quæro an
b ex sententia[b] interlocutoria oriatur actio in factum,sicut ex dif
finitiua. Dic q̃ sic:vt l.j.š.si quis ius di.non obtem.& l.cum nõ
solum.§.j.de bo.quæ libe.& vide quæ dixi š.de iureiurã.l.nam
postea.§.fi. Quæro,an quod hic dicitur habeat locum in sen
tentia arbitri.vide de hoc j.de re iud.l.j. Venio ad secundum
16 †notabile,in quo dixi q̃ iudicia & stipulationes æquiparãtur.
Ex hoc collige argu.ad q.offertur libellus contra principalem:
& procurator respondet q̃ litis contestatio videtur inutilis:&
quicquid ex ea sequitur,nõ valet:sicut esset inutilis stipulatio,
si vnus interrogaret,& alter responderet. Illa enim persona in
telligitur i stipulatione,quæ fuit expressa,& nulla alia:vt l.si ita
stipulatus.§.Chrysogonus.de verborum obli.posset tamen de
fendi,quia licet non ageret procurator,nisi domino præsente:
in iudicijs tamen sic. Vnde magis videtur idem factum domini
& procuratoris in iudicio,q̃ in cõtractu:vt š.de procu.l.in cau
sæ.§.fi.Facit š.si quis cau.l.pe.Item alibi contra alium offertur li
bellus,& alter respondet,& valet iudicium:vt in auth.causa quę
sit cum monacho.C.de epi.& cler.C.de bo.ma.l.j. Non obstat
hæc similitudo:quia in multis est differẽtia,cum reddatur iudi
cium in inuitum,& non stipulatio.item in stipulatione cõtrahi
mus vere:in iudicijs quasi contrahimus,vt hic:quod est notãdum. Venio ad tertiũ notabile,scilicet quod actio non sortit̃ na
turam eius,in cuius locũ subrogatur:quod examina vt per Dy.in l.si eũ.§.qui iniuria
17 rum.si quis cau. †Venio ad quartũ no
tabile,q̃ origo actionis non debet attẽdi. de quo hic per gl.& Gul. Ex quo no.arg.
18 †ad quæstionem:Super crimine,quod in
gerit pœnam sanguinis non potest transi gi,vt l.transigere.C.de transac.si fiat statu tum q̃ imponatur pœna pecuniaria,nõ vi
q̃ possit transigi,vt hic:quia non origine,
&c. Ad quod facit l.quod ad statum.j.de
19 pœnis.Item facit†ad q.domini mei in l.pe.
§.ad crimen.j.de pub.iudi.si statutum im
c ponit pœnam pecuniariã pro homicidio,
an possit interuenire procurator:si attẽdi
mus originem,non posset: vt l.quãuis.C.
de adul.& ibi no.Secus si non attendimus
originem,vt hic:tamẽ in hoc debemus ser
d uare consuetudinem:vt l.cum in fundo.§.
si fundus.j.de iure doti.& vide de hoc etiã
per dominum meum in l.seruum quoq̃.§.
publice.š.de procura. Venio ad quintũ
notabile quod dixi in sententia,&c.ad quod facit l.iiij.§.soluis
se.& l.intra.de re iud.quod examinaui š.in primo notab. Ad
quod tamen oppo.glo.de l.fin.C.de vsu.rei iudi.& non soluit.
Dic quod ideo ibi:quia odio vsurarum quia vsuræ centesimæ
non currunt.

c **Ex furtiua causa.** [c]Ex malefitio nõ dat̃ hęc actio,
nisi in quantũ locupletat̃ pecu
lium.h.d. Alios casus vide & no.in l.cũ ancilla.C.quod cũ eo.

Sed contra istum §.oppo.de §.š.proxi.Sol.ibi pater nõ cõue
nitur ex delicto filij,sed ex quasi cõtractu.& sic nõ obstat. De
mum ergo filio condemnato actione ex maleficio pater conue
nit̃ de peculio.Pone ergo filiũ conueniri condictione furtiua,
vel lege Aquilia,& est cõtumax:quærit̃ primo nũqd possit fie
ri missio in bonis filij. Videt̃ q̃ non:quia filio agenti & fugiẽti,
id est conuento,pater debet consentire:sed hic nõ consentit:er
go &c.Sed circa hoc dico,quia interdũ filius fugiendo facit ali
quem actum:& tunc pater cogitur consentire. Interdum fugiẽ
do non facit aliquem actum:& tunc non cogitur ei consentire
quod non est,vt j.de euic.l.si dictum.§.penul.

1 ☞ *Maius delictum est in committendo quam in omittendo.*

Si filiusfami. Qui obligatur saluam facere rem publi
cã,nõ obligat̃ de quolibet singulari.h.d.
Not.q̃ pater obligatus est,&c.de quo dic vt š.in l.j.Not.q̃ nõ
est recta allegatio de delicto in committẽdo ad delictũ in omit
tendo. Ad quod facit l.& in totũ.§.fi.j.de impen.in rebus do.fa.
& l.si mora.j.sol.mat. In contrarium facit l.iniuriarum.§.si quis
de honoribus.j.de injur.& l.Imperatores.j.ad municipa.Solue
1 vt no.in illis. †Not.q̃ maius est delictũ in cõmittendo, q̃ in
omittẽdo. Opp.de l.quoties.j.ad munici.vbi tenet̃ insolidũ.
Sol. Aut pater contradicit expresse:& non tenetur nisi de pecu
lio:vt hic. Aut non:& tunc tenetur insolidũ:vt in contrario qđ
est eo ipso q̃ scit eũ esse decurionẽ,& nõ cõtradicit. Sed con
tra hoc opp.de l.Lucius.j.de admi.tu.Rñ.supra dicta procedũt
in officio publico authoritate,& vtilitate. Sed lex cõtraria pro
cedit in officio publico authoritate,sed vtilitate priuato. Sed
contra hoc opp. Insti.de excu.tu.in §.j.Sol.aut tutor à iudice da
tur:& tunc qualitercunq̃ pater approbat tenetur,&c.

1 ☞ *Remittere:est dare.quod valet ad multa.*

d **Peculium.** [d]Hucusq̃ iurisconsultus exposuit ver
ba edicti,ex quo agitur trib⁹ modis,
scilicet de peculio,& de ĩ rẽ verso,& quod iussu. Modo
est videndũ qd sit peculiũ.Et ista lex diuidit̃ in quatuor partes.
Nã primo ponit dictũ.Secundo rationẽ dicti.Tertio illã ꝓbat.
Quarto illã limitat.Secũda ibi:nã cũ.Tertia ibi:sed hoc.Quar
ta ibi:si vero.Breuiter hoc intẽdit:Peculiũ sola volũtate domi
ni constituit̃,interueniẽte traditione vera vel ficta:secus si nulla

a ¶Alia exẽplaria ha
bent,quia id non est
verum, vbi diuersi
tas,&c.quod placet,
vt euitetur inculca
tio. Alex.Losæus.

b ¶Quæro an ex sen
tẽtia. Vide Bal.ĩ l.j.
in fin.C.commi.vel
epistο.& Bald.post
gl.in d.l.cũ nõ solũ.
§.necessitate.in iiij.
col.in ver.sequit̃.de
bo.q̃ libe.& ibi etiã
per Bart.& plenius
ꝑ Bar.in l.à diuo.in
princ.in vlti.q.de re
iud.& ibi ꝑ alios &
ꝑ Imo.in l.quod iuss
sit in vlti.col.eo.tit.

¶Ex furtiua causa.
Sed quid ĩ ductis an
pater teneat̃ ꝑ filio
de peculio?vide tex.
no.in l.quoties.la ij.
cum sequẽ.& ibi per
Bar.ff.de noxa.

¶Peculium.De ma
teria huius legis vi
de Bal.in l.fi.in ij.co
lum.cum seq. C.qđ
cum eo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

e ¶Si opem.s ver.op po. Et ibi aduerte, quia forte est. Nam debes scire ibi: q̃ ferẽs opem furto, &c. 1 Adde quæ not. in l. iiij.cum seq.s.de condi.fur.

b ¶Patientia. Vide Bar.in l.cũ de in rẽ verso. infra de vsur. Seruo aũt manumisso an videatur peculium adẽptũ,et contra quẽ agatur, vide Bal.in l.ñ. C.an seruus ex suo facto.

POMATES.

c ¶Qđ nomina. Vid Car.cõsi.lxvj.co.ñ.

d ¶Non statim.Et qd operetur ista ademptio peculij, vide Imo.post Bar.et doc. in l.si filio.la ñ. solu. ma.

e ¶Est aũt qõnis.Rñ deo ad §.denique.vi de quæ no.Bal.in l. fi.in penul.co.C.qđ cum eo.

f ¶Summa cum rõne. Et hunc tex.in verbo,intricare. allegat Ang.in l.fi.de stipu. ser. et pro singulari allẽgat ẽt in l.oẽs.§. Lucius.de his quæ i frau.credi.et i l.Marcellus.§.res quæ. ff. ad Trebe.et in l.iiij. ad l.falci.et in l.ij.C. de rep.hære.dicit nõ esse alibi q̃alienatio rerum pretiosarum facit præsumere alienationem fraudulentam.quod no.ad l.omnes.§.Lucius.quę in frau. cre. et quod no.Bart.in l.societatem.§.arbitrorum. in v.col.in q.an possit renunciari reductiõi.ĩ,pro socio. & Ange.in l. Marcellus.§.res q̃.ad Trebel.et in l.in quartã. ad l.fal.Et quomodo hic possit admitti peculium in præiudiciũ creditorũ, et qñ p̃sumatur in fraudẽ, vide Imo.post gl.& Bal.in l.si filio.la. ñ. solu.ma.

g ¶Si cũ hærede. Vide s.Bar.in l.frater a fratre.maxime.in x. col.de condi.inde.

traditio interueniat.h.d. Not.generalem diffinitionem peculij. No.q̃ illius est concessio,cuius est ablatio vel diminutio. Item no.†q̃ remittere,est dare. Ad quod l.si mulier.supra de condi.ob cau. Not.q̃ cõstituere se debitorẽ alterius,nõ est dare quod valet ad multa. Venio ad apparatũ, & opp.de l.nõ solum.et l.quam Tuberonis.§.sunt quidam.infra eo,Solue vt in distinctione quam ibi feci.

Ex his. Hic ponitur conclusio supra dictorum.et h.d. Peculiũ nõ potest cõstitui domino ignorãte:licet posset diminui,si seruus etiam ex delicto eius debitor cõstituitur.h.d.et habet duas partes. Nã ponit primo q̃ peculium ignorãte domino constitui non põt. Secũdo q̃ ignorante domino diminui nõ potest.Secunda ibi:sed sæpe,&c.

a **Si opem.** aIste §.cadit in summario præcedentis §.nam sicut. supra diminuit peculiũ ex furto serui: ita et quando ope ipse facit in eo quod a fure consequi nõ potest. No.q̃ de peculio dominus non deducit hoc,quod aliũde consequi potest. Opp.et hic aduerte:quia forte est.nam debes scire q̃ dominus non deducit pœnam,sed simplicem rem a seruo subtractam:vt l.sed si dãnũ.§. sed est quæstiõis.infra eo.Itẽ debes scire q̃ ferens opẽ furto, non tenetur condictiõe furtiua:hic autẽ dicitur q̃ seruus opem ferens cõuenitur in eo quod nõ põt consequi a fure:ergo &c.Sol.gl.duobus modis.Tu dic melius,vt ibi dixi &c.

Si ære alieno. Hic dicit q̃ sicut dirimitur peculiũ ignorante domino,ita etiam augetur. & breuiter hoc intẽdit:Licet ipsum ius vniuersale dirimatur:corpora tamen diminui nõ dicuntur.h.d. De hoc dixi plene. infra de impen.in rebus do.fa.l.quod dicit.Gl. hic format vnam q.dic vt in ea, &c.

Non solum. In peculio vicarij, domini et ordinarij volũtas inspicit,&c.hic nõ sunt alia &c.

Depositi. In negotio gesto computantur cõtractus d̃positi et præcarij,et iuramẽti delatio a filio fami.facta.hoc dicit & in §.peculium.qui sequitur,ponitur deriuatio nomine peculij,&c.

Diffinitio. Hic incipit prosequi verba diffinitiõis: et hoc prosequitur per duas charitas:et primo exponit quod est dictum permissu domini &c.

b **Quam Tuberonis.** Informis patientia bhabetur pro consensu in his,quæ sunt modici præiudicij:secus si magni.h.d.Et de his verbis habes quod hæc verba,permissu domini,non requirunt expressam permissionem,sed tacitam directo, vel p̃ consequentiam,vel per quandam patientiam,&c.

Pupillum. Hic exponit verbum,seruus positũ in diffinitione,&c.

i *Nomina & actiones sunt tertium genus rerum per se.*

In peculio. Hic exponit verbum quod positum est in diffinitione. No.†q̃ nomina cet actiones

c sunt tertium genus rerum per se: vt leg.mouentium.infra de de verb.signifi.

d **Non statim.** dHic exponit verbum separatum a rationibus dominicis, positum in diffinitione.

s **Ed si damnum.**

Peculium. Alias est l.Peculium. Hic exponit verba,deducto eo vide,&c. Not. q̃ peculium intelligitur,deducto quod debetur. Facit quod creditor eoipso q̃ succedit debitori suo,videatur sibi soluisse de vniuersis bonis.Facit l.si cui.j.de euic.

Si noxali. Si dominus noxali conuentus pecuniã præstiterit,deducitur de peculio.secus si ipsum seruũ.ex contractu vero vel quasi indistincte deducitur quod de naturali debito intelligit,à quo per deductionem liberabitur seruus,&c.

e **Est autem quæstionis.** c Quod semel deductum fuit verbo & re, iterum non deducetur,secus si verbo tantũ deductio facta fuit. hoc dicit.

Quod autem. De peculio non deducitur quod aliũ de quis consequi potest alia actione: excepta actione.de peculio,in qua deductio pro actione succedit,&c.

Non solum. Vbi est communio serui & peculij, deducit vn⁹ socius quod alteri debet : alias secus.h.d.vsq; ad l.si seruus.

Si seruus. Si agitur de peculio vicarij,deducitur quod ipse debet domino vel ordinario. Itẽ quod ordinarius debet domino. Secus de eo quod ordinarius debet vicario. Item dominus non tenetur de debito vicarij non habentis peculium,&c.

Hinc quæritur. Maritus tenetur de peculio serui dotalis simpliciter, siue ad se siue vxorem pertineat. Fructuarius vero vel dominus simpliciter non tenetur,sed prius conueniendus est ille, ad quẽ negotium pertinet,& in subsidium deuenitur ad alium. Idem in pluribus bonæ fidei possessoribus.h.d.

Interdum. Fructuarius potest agere contra dominum, & econuerso,si peculium ad eum spectans non sufficit ad sibi debitum,&c.

f **Summa.** fHæc actio cõpetit de eo,quod dolo conuenti in peculio esse desijt:qui dolus præsumitur,si ademptio intricatio,vel in aliũ translatio indebite facta fuerit.h.d. Not.istas præsumptiones doli,de eo qui intricat peculium.quod prodest ad multa. Secundo not. de eo,qui transfert ad alium,cum suspicatur alium acturũ:quia præsumitur dolus.quod facit contra debitores,qui transferunt possessionem rerum suarum ad alium,&c.

Si dolo. Ex dolo administratoris tenetur quis inquãtum est factus locupletior.h.d.

E **Tancillarum.** Nomine ancillarum & filiorũ datur actio de peculio.

Constat. Hæres deducit quod sibi debetur.h.d.

Si seruus. Extraneo contra venditorem & cõtra emptorem actio de peculio competit pro parte & in solidum:sed ipsi venditori de eo,quod sibi vel seruo eius debetur,non competit contra emptorem:emptori vero competit cõtra venditorem facta prius de suo peculio deductione.h.d.

Si quis cum seruo. Vbi est communio serui & peculij quilibet conuenitur insolidum:& etiam respectu peculij quod est penes alterũ,& quod præstiterit ab altero consequitur.h.d.Habuistis.s.eo.l.si noxali, cum seq.

Q **Væsitum.** Quid in peculio tempore rei iudicatæ inspicitur.h.d.

g **Si cum ex parte hærede.** gHæc actio contra hæredẽ datur, quatenus ad eum ex peculio peruenit: sed filius,cum quo contractum est,si est hæres,tenetur insolidum,& sibi contra cohæredem actio est cedenda,&c.Hic non sunt alia.

Si annua. Exceptio quæ competit actori,non transit ad successorem,si in eius persona causa cedendæ actionis deficiat:alias secus.h.d. Ad euidẽtiam not.quod actio de peculio competit intra annũ contra eum,qui desijt esse dñs.

In dolo.

In dolo. Replicationes sunt temporales sicut actiones. hoc dicit.

a SI ex duobus. [a]Electione vnius ex pluríb⁹ nõ habentibus communionem seruí & peculij alij liberantur: sed de æquitate in residuo cę teri tenebuntur: & quantum sit in peculio sententiæ tempore inspicitur. h.d. &c.

b Venditor. [b]Si pro peculio pretium expresse non fuit constitutum: hic conuenitur, apud quem peculium reperitur: alias hic qui pro peculio pretium nominatim recipit. h.d.

IN bonæ fidei. In cõtractibus bonæ fidei pater & dominus non solum de peculio, sed etiam de eorum proprio dolo tenetur. h.d.

s Icreditor.

SI seruo. Quando quantitas petitur vt species, ad aliam quantitatem non admittitur compensatio. h.d. Hoc autem qualiter procedat, dic vt ibi dixi in l. cum fundus. §. seruum tuum imprudens. ff. si cer. peta.

Si seruum communem, Si cum vno agatur, eius peculij, quod fuit apud eum, qui quondam fuit socius, ratio non habetur: item si agatur cõtra emptorem post annum non habetur ratio eius, quod est penes venditorem: secus si intra annum, &c.

DEposui, Vbi non est peculium, non potest actio de peculio intentari, sed est ad alias actiones congruas recurrendum. h.d.

Si nuptura, Liberatio ab obligatione de dote soluto matrimonio absq; alia conditione deducitur. h.d.

Stichus, Quod debet domino seruus vicarius, qui non habet peculium, ex peculio ordinarij non deducitur. h.d.

Seruo, Contractus qui celebratur venditione serui perfecta: ad peculium, quod penes venditorem remãsit, non pertinet. h.d.

LIbera, Nota istam legem facit l. cum quis. infra de solut. & l. si cum Cornelius. in fine. eodem titulo, &c.

NOn solum, No. istum casum. not. q; nuda ratio non constituit quem debitorem: & intelligas nuda ab insertione causæ: & hoc innuit text. hic: vel nuda à prẽsentia partium. de quo dic plenissime in l. nuda. ff. de dona.

c EO tempore, [c]Primum decretum non potest interponi occasione debiti, quod certum est non posse exigi de prẽsenti: licet possibile sit debitũ iri. Item pro futuro debito potest accipi fideiussor. h.d.

Etiam, Lite contestata in actione de peculio, naturale debitum potest solui: & pro eo potest fideiussor accipi. h.d.

1 *Differentiam inter ex, & propter, hic vide.*

Seruus, Pro eo quod pro libertate danda accipit bonæ fidei possessor, actione de peculio non tenetur ipse,
1 sed verus dominus, qui eum poterit vendicare. No. istã †differ-
d entiam[d] inter ex, & propter: quia ex, denotat causam proximam: propter, causam remotam. Simile C. si seruus extero. l. j. Similis est differentia inter ex, & ob: vt l. non dubium. C. de legi. Et eadem est differentia inter de, & ex: vt l. j. §. nunc videamus. ff. de coniungen. cum emancipa. libe. &c.

c QVod, [c]Dubius est litis euentus: & qui ideo tenetur quia actionem habet, eam cedendo liberatur. h.d. No. regulam primam quam probat gl. l. ab Anastasio. C. mandati. &c.

1 *Monasterium vendicans monachũ & obtinens cum patrimonio, tenetur vtili actione de peculio.*

EX facto, Cum pater vel dominus actione de peculio personali cõuenitur, in deducẽdo omni priuilegio ante ponitur. secus si reali: licet inter creditores peculiares ille, qui habet priuilegium præponatur. Item sufficit quem esse dominum, cum de peculio conuenitur.

Item patrimonium eius, qui se gerit pro libero, pro peculio remittitur. h.d. primo ponit regulam, & iij. q. secundo ad eas respõ-
1 dent per ordinem. No. †ex isto ver. qd ergo. ar. q; si aliquis se gerit pro libero, & postea monasterium aliquod eum vendicat in seruum cum toto patrimonio, q; monasterium tenetur de illo patrimonio vtili actione de peculio: vt hic, &c.

SI filius, Si is, de cuius peculio agitur, lite pendente decedat: quantũ sit in peculio mortis tempore inspicit: si ei legetur peculiũ, tẽpus inspicitur, quo dies legati cedat cũ omni incremento: sed si legetur extraneo, rerum tantum incrementum accedit. &c.

VNi ex hæredibus, Is, cui legatur seruus hæreditarius domini, pro debito dñi non tenetur. h.d.

Quando actio de peculio est annalis. *Rubrica.*

LEX I.

f PRætor ait, f[f] Quæsitum, Als est lex & est no. ad duo. Si in libello proponãt duę actiones, quæ electione tolluntur, procedit iudiciũ,
g si non opponatur. Item error[g] in quẽ quis deducitur assertione aduersarij, potest corrigi post diffinitiuam sententiam. h.d. Et sic pone casum secundum tertiam lect. hic positam. & intellige hoc per in integrum restitutionem ex causa iusti erroris: vt supra quod cum eo. in l. sed si. in fi. & dixi in l. habebat. in princi. ff. de instito. & infra de confes. cum fideicommissum. in prin.

De in rem verso. *Rubrica.*

LEX I.

SI hi qui, Actio de in rem verso est necessaria, vbi deficit actio de peculio. Item est vtilis, si concurrat: cum agẽtibus de peculio præferatur. Item si agens de peculio præoccupet, actio de in rem verso extinguitur, si quod versum est soluit: alias secus, &c.

QVinumis, Datum q; libertate nõ videtur in rem versum, nisi quatenus excedit serui pretium. h.d. ista lex.

Q VOd si, Si mutuatus, Sufficit negotium vtiliter esse cœptũ. f
Item si pluribus ex eadẽ causa cõpetit hæc actio, melior est condictio occupãtis, &c.

SI res, In rebus nõ necessarijs verũ pretiũ, in necessarijs pre- g
tium conuentum inspicitur. h.d.

Placet, Diuiditur in duas partes. Primo quando seruus gessit ab initio negotium peculiare. Secundo quando ab initio gessit negotia domini. Secunda incipit in l. & ideo. ver. plane. & breuiter hoc dicit. Si seruus ab initio peculiare negotium gerat: actio de in rem verso locum habet. si seruus in rem domini vertat animo dominum obligandi: secus si facto domini vel alterius seu facto serui non animo dominum obligandi. Sed si ab ini-

§ POMATES.

a ¶ Si ex duobus. Ad intellectũ huius legis vide Paul. de Ca. & Alex. in l. cũ fundus. §. seruũ tuum. v. col. ff. si cer. peta.

b ¶ Venditor. Vide Bar. in l. frater à fratre. de condi. indebi. & iste est mirabilis casus secundũ Bald. in l. ei qui. C. quod cũ eo. & ibi allegatur in glo.

§ POMATES.

b ¶ Venditor. Vide q; no. Paul. de Ca. in simili cõsi. cxxxiij. incip. notandum est.

c ¶ Eo tẽpore. Allegaui tibi in q. not. quã vide in l. ij. de requiren. reis. et eã no. etiã allegat Bal. in l. non dubium. in vlt. q. C. de legib. & eã no. alleg. Bal. in l. si. in pe. col. C. quod cum eo.

d ¶ Not. istam differẽtiã. Differentiã inter dictionẽ ex, propter, & ob, & ideo vide q; dixi secundũ Bal. in l. sed & si vnus. ff. ij. col. de iniur.

e ¶ Quod debeẽ. No. quod cedendo quis actionem liberatur. quod nũq; habet locũ si tibi obligatus essem ex culpa vl de licto meo quia etiã cedẽdo actiones nõ liberor. Ita dixit do. Ioan. ad intellectum huius tex. in l. si cõstãte. §. si vxor. sol. mat. licet gl. ibi contra teneat. & pro sua do. Io. est tex. in l. etiã. §. fi. iunctis præcedentibus sol. mat. Itẽ fallit si quis velit cedere actionẽ quam habet cõtra ipsummet agentẽ eadẽ actione: qa cũ fieri nõ posset nõ liberaẽ, secundũ Dyn. & Bar. in l. si filio. la. j. in prin. sol. ma. Itẽ est verũ si culpa ei non põt imputari quare nõ exigit. al's secus. l. Titio fũdus. & ibi no. de cõdi. & demon. Et hic adde quod no. Barto. in l. Iulianus. §. pe. qui incipit, si vẽditor. ff. de ac. emp. & gl. in l. ij. §. itẽ Labeo. in verbo, experiaris. ff. neqd in loco publico.

f ¶ Alias est l. quęsitũ. dicit tñ ipse Bar. in repe. l. Barbarius. col. pe. circa fi. ff. de offic. præto. q; hic tex. pro §. cõmuniter allegatur. Alexã. Losæus.

g ¶ Error in quem. Et intelligit Bal. in l. j. in j. co. C. de cõdi. inde. licet aliqui ibi aliter intelligant istũ text.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ Quidam.in prin.l. super verbo,de peculio &c.No.istū tex. per quem Bar.decidit not.q. in l.si cum dotem.§.fi.in fi.ff.solu.mat.et in eodem ponit casum Bal. in l.in rebus.in ij.colū. C.de iure dotium.

POMATES.

b ¶ Ad senatusconsultum. Velleianū.Ad materiam huius tit. vide Roma.sing.cccxxv.Alex.in l.in repudianda.ff.de acqui.hære.

c ¶ Qui omnino ignorauit.Ignorantia creditoris an faciat intercessionem valere vide in l. j. et ibi gl. & Bald.ad fi.C.e.q̄ ex eo q̄ pecunia peruenit admulierem, præsumitur probata ipsa principalis,nisi probetur fraus, q̄ ex præordinatione præsumatur.Et ita intelligit gl.in l.iij. in ver.dationes.s.e.

d ¶ Statutum. In fin. huius l. &c. Et ista sunt vtilia ad multa statuta: si statutum vult fieri excusionem in bonis principalis non obstante etiā aliqua renuncia a tiōe facta,non habebit locum si creditor ignorauit intercessionem. et adde not. hic per gl.magnam. Vide Bald.in l.quæ dotis.fol.mat. maxime in ij.co.et q̄ no. i l.cū quid.si cer.pe.

lo gerit negotium domini,cum quocunque modo in rem domini vertatur, hæc actio locum habet &c.

SI pro parte.

Versum. Nō videtur versum,si nō durat versum.h.d.

Si domini. Si pater vel dominus soluit debitum, nō videtur in rē eius versum,et si pater vel dominus cedat,desinit versum:secus si donet.nisi animo remunerandi.hoc dicit.

Idem quærit. Euanescit actio ꝺ in rem verso,si dominus cedat seruo et remanet actio de peculio, nec reconualescit, si postea seruus cedat,&c.

Idem tractat. Si filius vna cum patre correus soluat,videtur in rem patris vertere, quatenus de pecunia ad patrem peruenit.h.d.

SI in rem. Eo casu,quo vnus ex socijs pōt. ꝓ peculio,quod est apud alterū, actione de peculio cōueniri:eo casu potest cōueniri pro eo:quod in rē alterius versum est:si cessat actio de peculio &c.

SIiusfa. Filius constituendo non dicitur in rem patris vertere.nisi soluat.h.d.

QVidam. [a] Qui agit actiōe de peculio, cōsequitur quod supersit deducto eo qd̄ domino debetur:sed qui agit de in rem verso,consequitur quod supersit in eo quod dominus dedit pro re.hoc dicit.&c.

SEruus. Ad hanc actionē sufficit negotium vtiliter cœptum:sicut in actione mandati, negotiorum gestorum.

Cum Sticho De eo quod dat̄ vicario,si in rem domini vertatur,agitur hac actione secūdum eius naturam.Si vero in peculium ordinarij sit cōuersum respectu ordinarij habet hanc naturam:respectu domini naturam actionis de peculio.hoc dicit.

QVamuis. Actio de in rem verso competit ei, q̄ principaliter contrahit,vt in rem domini vertatur.hoc dicit.

SIiusfa. Si filius emit rem sibi necessariam, et ex tunc ipsam rem pater in ipsius funus conuertit:in rem eius versa videtur. Idem in actione de peculio venit quod in rem est versum:et sic post annum hæc actioest necessaria.h.d. Primo ponit duo dicta, Neratij vsque ibi: Atquin.ibi Paulus reprehēdit Neratium in primo dicto, ostendens ex die emptionis, nō ex die funeris videri in rem versum.vsque ibi:funus enim. ibi Iurisconsultus secundum gloss.ponit vnum dictum,per quod respondet tacitæ obiectioni,scilicet quod in funerando non desinit versum.vel pone casum in quo dictum Neratij posset esse verum secundum aliam lectu.vsque ibi:factus.ibi respondet notatis in secundo dicto,dicens hoc casu actionem de peculio posse habere locum,licet res desierit extare absque dolo. Vltimo.no. quod omnes istæ formulæ,scilicet de exercitoria et institoria,de peculio,et similes,sunt adiecta,non principalia nomina actionū vt hic in fi.quæ tamen adiectio est necessaria,&c.

RAter pro filia, Si filia mutuum in alimenta conuertit:tenetur pater de in remverso,si onus alimentorum ad patrem spectabat. hoc dicit istud principium,&l.vlt.

Seruus, Promissio tutoris non tollit actionem de in rem verso contra pupillum. hoc dicit

Sequitur rub.quod iussu.in qua nihil scribo: sed procedo ad librum sequentem.

b *Ad senatusconsultum Velleianum.* [b] *Rubrica.*

LEX I.

VElleiano. Per velleianum mulieribus intercedētibus paratur exceptio: & in veterem debitorem restituitur seu instituit actio. h.d.cum sequen.in quibus iurisconsultus summauit totum tit.& ponit hic casus,in quibus titu.locum non habet,&c.

1 ☞ *In consilijs primò proponitur:secundo consulitur:tertio fit reformatio.*

2 *Ista verba,actio non detur,q̄ in ciuilibus non impediant actionem, licet in criminalibus impediant ipso iure,sed inducunt exceptionem.*
An impediant litis contestationem.

LEX II.

ET primo. Hic ponitur ordo qualiter deuentum est ad hoc senatusconsultū:& eius verba recitantur.& h.d. Mulieri intercedenti paratur exceptio per senatusconsultum Velleianum:cuius verba hic referuntur.h.d. †Et not.hic modum & ordinem in cōsilio.Primo enim fuit proposita quæstio. Secundo consulitur super ea. Tertio fit reformatio.& ita fiunt hodie reformationes.De quo dixi in l.ij.C.de decur.& in l.omnes populi.s.de iusti.& iure.

1

2 Item nota q̄ †ista verba,actio petitiove detur,non impediunt actionem ipso iure:sed exceptionem inducūt. Simile in l.j.s.ad Macedo.& in l.j.§.j.ī.ad Treb.& ibi dixi.quod est verum in ciuilibus.in criminalibus impediunt ipso iure: vt l.j.§.fi.s.de alea. Item dicunt quidam quod propter ista verba,actio &c.q̄ talis exceptio impedit litem contestari.tangit Guli.in l.eleganter. §.si quis post.s.de condi.inde.&c.

1 ☞ *Prouisio facta fauore alicuius,perditur propter eius dolum.*

1 **VErba itaque.** †No.q̄ prouisio facta fauore alicuius, perditur propter dolū eius. Ad quod l.j.& ij.C.si minor se ma.dixe.& l.auxilium.s.de mino. Quod not.quia potest valere ad multa,&c.

OMnis. Verbum intercedere,comprehēdit omnem obligationem omnino,quā quis pro alio suscipit.h.d.

1 ☞ *Debet sciri id quod est causa exceptionis ad hoc vt creditor teneatur exceptione.*

2 *Contrahens cum minore vel muliere q̄ non iuuatur,quando scit eorum conditionem.*

3 *Statutum quod si ciuis fideiusserit pro forensi,quod reus conueniatur principalis,non obstantibus renunciationibus,quod non habebit locū,quando creditor ignorauit intercedētem esse ciuem.*

SEd si ego. Mulier intercedendo Velleiano iuuatur,si debitor intercessionem sciuerit: secus si ignorauerit. Item mulier soluens vel donans non iuuatur.h.d.quam glo.no.quia limitat multum verba

1 senatusconsulti. Not.ad hoc †vt creditor teneatur exceptione,oportet q̄ ipse sciuerit id,quod est causa exceptionis. Oppo.minor iuuatur propter ætatem:nec est necesse q̄ ille,qui cōtrahit cum minore,sciuerit eum esse minorem quod patet:quia beneficium restitutionis in integrum est scriptum in rem,& da

c tur contra eum,qui omnino ignorauit [c],vt l.in causæ.§.fi.de mi-

2 no.†Sol.Quandoq̄ lex prouidet alicui in odium alterius: & tunc est necesse q̄ ille qui contrahit,sciat id,quod est causa odij sui,vt in Macedoniano:vt l.iij.in princip.conīūcta.l.j.s.ad Mace.Quandoq̄ lex prouidet alicui in sui fauorem:& tūc aut lex prouidet simpliciter,& super omni gesto:& tūc est necesse, creditorem hoc scire: vt l.ait prætor.in prin.coniuncta l.in causæ. §.interdum.s.de mino.Quādoq̄ lex prouidet alicui fauore personæ super certo contractu:& tūc est necesse q̄ ille,in cuius prę iudicium vertitur prouisio ista,sciuerit istum cōtractum,vt hic, & l.si mulier.j.eo.nisi sciuerit creditor illam mulierem intercedere,cessat Velleianum. Et ista sunt vtilia ad multa statuta. Po

d ne,vnum statutum [d] est hic,q̄ †si aliquis ciuis intercesit pro fo-

3 rensi,debeat primo principalis discuti,non obstantibus aliquibus renunciationibus factis in instrumentis. Certe ciuis nō habebit istam exceptionem,nisi probauerit creditorem sciuisse intercedere istum.quod no.

SI fideiussores. Mulier si fideiubet,vel alium fideiubere mandat,iuuat̄ Velleiano,si recipiens hoc sciuerit.h.d.cum l.seq.quamꝭ.

No.q̄ in facto proprio non est tolerabilis ignorantia. Nota q̄ mandatum inutile non impedit actionem neg.gest.&c.

Quamuis

Q Vamuis. Liberatio pignoris non est intercessio. hoc dicit.

Si mulier. Si mulier alicui promittit indēnitatem, nō est intercessio. h.d. Quod dic plene vt l. tutor. j. eodem.

a Si mulier. Mulier iuuatur Velleiano aduersus primum creditorem & aduersus eum, cui est delegata. licet Marcellus aliter distinxerit. h.d. no. gl. magnam, quæ non tendit nisi ad positionem casus. & opi. Iulia. est vera, &c.

b Interdum. [b] Mulier intercedēs, siue soluat, siue deleget debitorē repetit: si alium deleget, exceptione iuuabitur. h.d.

c Quoties. [c] Hic loquitur de alio remedio Iurisconsulti, & dicit quod muliere excusa actio restituitur in veterem debitorem: licet liberatus sit contemplatione, obligationē suscipiendi per mulierem, &c.

Si conuenerit. Paria sunt, nullum dare expromissorem, vel mulierem. h.d.

d Marcellus. [d] Acceptilatio facta mulieri tutæ Velleiano nō liberat debitorem, sicut nec solutio: nisi sic solueret quod repetere nequeat, &c.

Quanquam. Mulieri subductæ actio restituitur in omnes, qui per eius obligationem fuerunt liberati: non autem omnibus. h.d.

Si mulieri. Si creditor succedit mulieri, nihilo minus actio restituitur in veterem debitorem: sed si mulier debitori, non est restitutio necessaria. h.d.

Si cum essem Muliere ab initio cum alio contrahente, actio restituitur in veterem debitorem. h.d.

e Illud uidendum. [e] Muliere re subducta actio restituitur in eum, qui ab initio nō potuit obligari ipso iure vel in effectu. h.d.

Hæ actiones. Restitutoriæ actiones & institoriæ dantur cōtra hæredem & in hæredem. h.d.

f Si mulier. [f] Mulier non habet Velleianum, si creditor ignorauerit eam intercedere. hoc dicit.

Aliquando. Si obligatio ī effectu spectat ad mulierem: licet sit intercessio, Velleiano non iuuatur. h.d.

De pignoribus. Nouatio quæ in effectu non valet, non perimit ius pignoris. h.d.

Sub conditione. Frustra expectatur conditio, cuius euentus nihil operatur.

Si mulier. Muliere subducta restituitur actio in veterem debitorem & eius fideiussorē. hoc dicit.

Si mulieri. Si mulier promittit alium ratum habiturum quod ipsa gessit, non iuuatur. Velleiano.

Si mulier. Mulier non iuuatur Velleiano, si debitor sibi soluit quod promisit. hoc dicit.

g Si ab ea. [g] Mulier & fideiussor eius Velleiano iuuantur, & in primum debitorem actio restituitur. hoc dicit.

Ir uxori. Nō sufficit creditori credere mulierem in rem suam intercedere, quando pro alio promittit: nisi diligentius perquisiuerit. h.d.

1 *Dos quod non possit solui mulieri constante matrimonio.*

Si mulier. Si mulier consentiēti obligationi rei sibi obligatæ pecunia soluitur, Velleiano non iuuatur: alias secus. hoc dicit. Quod nota. Per istum §. dicebat Iaco.

1 de Aret. quod † si dos soluitur mulieri constante matrimonio, maritus liberatur. Quæstionem examinat Cy. in l. prima. C. si dos constan. mat. sol. fue. contrarium tamen est veritas: quia ei non potest solui, nisi ex causa: vt l. mutus. §. manēte. j. de iu. do. & infra soluto matrimo. l. quamuis. & est expressum infra de iure dotium, l. fin. no. per glo. infra solu. matri. l. secunda. circa fin. glo. ij. Non obstat iste §. quia debet intelligi ꝙ hic soluebatur mulieri iam soluto matrimonio, vel si constante, intellige in casibus permissis. Oppo. de l. etiā. & l. iubemus. C. eo. Sol. & hæc vera: quia aliud est in liberando pignus quod potest mulier: vt in contrarijs. Aliud est cōsentire ꝙ alij obligetur. & istud non potest: quia est intercessio: vt hic, &c.

Mulier. Si mulier cum alio mutuum vt duo rei accipiunt in causam necessariam, Velleiano non iuuatur: sed in causam voluntariam eatenus iuuat, quatenus ad aliū pecunia peruenerit. h.d. Pulcher est §. & inducitur ad q. per glo. an duo rei videantur inuicem fideiubere. Et glo. ponit hic totam quæstionem disputatam: & melius quam alibi in aliqua parte mūdi. dōct. examinat in l. j. C. de duo. reis. Dixi in l. reos. in prin. de duo. reis.

Tutor pupilli. Si mulier alicui propria obligatione indēnitatem promisit, intercedere non videtur: secus si pro obligatione alterius.

Cum haberes. Creditor delegat' muliere intercedente antequā soluat, tutus est Velleiano: & si agat, exceptiōe Velleiani repellitur. h.d. Gl. reuocat in dubiū quod sit verius dictum, vel Aphricani, vel Iuliani. & breuiter distingue vt in glo. &c.

Si pro aliquo. Mulier si intercedit in rem suam animo nouandi, non iuuatur Velleiano, &c.

h Si mulieri. [h] Mulier, quæ ex intercessione nō dānificat', Velleiano nō iuuat'. h.d.

i Si mulier. [i] Mulier quæ scientēr verum non respondet, Velleiano non iuuatur. secus si ignoranter, &c.

Debitrix. Ista lex dicit idem quod l. si mulieri. s. eo. & aduerte quia ratio tex. declarata per glo. non videtur bona quia si vere intercessisset, nō esset liberata à debito: & sic damnificare non poterit, &c.

Si senatus. Per senatusconsultum actio statim restituit' in pristinū debitorē ī eo statu, ī quo erat. h.d.

Si domina. Iussus, non est intercessio, sed est fideiussio. h.d.

Bona. Velleianum non præiudicat ei, qui nō putat mulierem intercedere. h.d.

Cum serui. Mulier contrahēs cū seruo, Velleiano non iuuatur. h.d.

Vxor. Mulier quæ intercedit in rem suam, Velleiano non iuuatur. hoc dicit.

Eia. Verba enunciatiua a testatore pro lata, creditoribus non præiudicant. h.d.

Fundum. Mulier quæ rem suam obligat vt pecuniā pro alio soluat, iuuat' Velleiano aduersus creditorem scientem. h.d.

a ¶ Si mulier. Vide Bal. in l. si mater. C. eo. hic alle. in gl. & p ea q̄ ibi & hic habē. tur, dicit bal. ꝙ si mulier ꝓmittit alicui debitori sibi soluere id quod ipse debet alteri, nunc̄: habet locū senatusconsulti, q̄t no. ad materiā huius §. istum text. alle. no. Bal. in l. ij. ī ij. col. C. de exec. rei iudi.

b ¶ Interdū. Vide istū tex. alle. p Bal. in l. si vnus. §. pactus. ī prīcip. iij. col. ī. de pact.

c ¶ Quoties. Nota, ꝙ si te debitorē libero p acceptilationē cū hoc ꝙ tu facias quod Berta pro te intercedat. licet Berta intercedat, tñ acceptilatio nō valet, & debitor obligatus remanet. quod nor. & adde Bal. in l. j. C. eod.

d ¶ Marcellus. Vide Bald. in l. iij. C. eod. Quid autē si mulier soluisset, vide j. eo. in l. penul.

e ¶ Illud videdū. Nota ergo ꝙ mulier ipso iure nō obligatur. Et ita debet intelligi gl. & ibi p doc. in l. j. C. de repu. q̄ fiūt in iud. vide in aut si qua. C. eo. & Ilanti quæ §. ne autē. ī. eod.

f ¶ Si mulier. Nota tñ ad intellectū ꝙ licet mulier in cōtractu se prīcipaliter obliget, si maritus fideiubet p̄sumit' color quæsitus, & mulier nō obligat', secundū bal. not. in aut. si qua. C. e. nisi ꝓbet' pecuniā expēsam in vtilitatē mulieris. & ibi etiā vide quid si maritus & vxor se principaliter obligāt in eodē instrō, an valeat. Et ibi ēt quærit an maritus possit se obligare pro vxore. et tenet ꝙ sic. Adde vt p Bal. cōsil. ccxix. ij. li. & cōsil. viij. iij. li. & q̄ñ mulier cōfitet' pecuniā versam in suā vtilitatē, an sibi p̄iudicet & q̄ñ possit se & sua obligare, vide Pau. de ca. cō. ccxix.

g ¶ Si ab ea. Nota ga non est alibi, ꝓsecūdū Bal. in l. j. C. eo. ꝙ si fideiussor ꝓ me non rogatus intercedat, tñ exceptio huius senatusco. cōpetit sibi.

h ¶ Si mulieri. Mulier q̄ ex intercessione dānificat', tenet'. Sed qd si mulieri ꝓmissum est de indēnitate, vel ei data sūt pignora? Dic ꝙ non tenet' sed iuuat'. Casus est not. j. eo. l. quidā. & not. Bal. in l. j. C. eo. titu.

i ¶ Si mulier. Iste tex. est nota in l. muliere, q̄ adiuit hæreditatē dānosam. et vid bal. ī l. j. C. e. quē all'. pau. de ca. & ibi per eum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ Quidam. Nota iſtum tex.no.ad limitationem l.ſi mulieri.ſupra eo.& ibi dixi.& eſt tex.no.ſecundum bal.in l.j.C.e.

b ¶ Si decipiendi. Quo modo probetur quod mulier voluerit decipere, vide Bar.in l.fœminis.C.eod.

c ¶ Si mulier. Vide Bal.in l.j.C.eo.

d ¶ Si mulier. Excepti͡oi velleia.an poſſit renunciari, aduerte:quia Bar.dicit ꝙ conſuetudo indiſtincte obſeruatur quod poſſit renũciari. Add de tamen ꝙ ſi ſit mulier certiorata, communiter obſeruatur i beneficio velle. ꝙ renũciari poſſit. Dixit tamen hic nota. Albe.de Roſa. ꝙ ſi reperiantur in inſtrumento notarij iſta verba,& certiorata Velleiano renunciauit:ꝙ non obſtantibus his verbis poterit fieri interrogatorium notario, quid ſit Velleianũ.et ſi dicit ſe neſcire mulier poterit vti Vel.pro quo optime facit gl. ĩ l.generaliter. C.de ta.lib.x.dũ q̃ſiuit an notarius debet ſcire ll.& ſi diceretur,notariũ eſſe loco teſtis. Rñ.ꝙ teſti fiũt hæc interrogatoria: etiã ſecũdũ Bar.in l.j.ſ.ſi cer.pe.et iſtud dictũ hic etiã refert Fulg. Et de iſta materia vi de quæ ſcripſi poſt Roma.in l. ſciendũ. de ver.ob.et adde ꝙ quando renũciatio fit de cõſenſu legis, vt in caſu auth.matri,& auiæ.non req-riť certioratio. Sed Bal.no.in l.j.ff.ſi qs in ius voca.nõ ie.Et adde iſtis Bald. in l. j.ad ſi.ff.ſi quis in ius vo.non ierit.et Bal. in addi.Spe.in ti. de renũ.et cõclu. in vl. co.et Ful.& Pau.de ca.hic,et qđ no.do. ĩ c.ſi.de pact.in vj. & Bal.in l.ſi mulier la ñ.C.eo.Et adde qđ magiſtraliter dicit Io.an.in c.quamuis. de pac.in vj.in quacunque renunciatione requiritur certioratio:de quo vide in l.ſi.§.idem quæſiuit poſt Bar.ĩ.de condi. inde. Adde ꝙ mulier ſit ſpecifice certiorãda.tenet Bal. conſilio iiij.ñ.lib.& con ſi.xlvij.li.iij.

1 2 a

QVidam. a Mulier intercedẽs iuuatur Velleiano, & actio reſtituitur in principalem debitorem & pignora.hoc dicit.

Emphyteuta eiectus propter non ſolutum canonem quòd non repetat meliorationes.

Colonus. [a] Etiam qui eĳcitur propter penſionem non ſolutam, repetit expenſas vtiliter factas. h. d. quem caſum no. ad multa. † Not. q colonus poteſt facere expenſas vtiles & neceſſarias ĩ re cõducta. Vidiſtis in l. dominus. §. j. ſ. eod. [b] † Item nota q colonus propter penſionem non ſolutam põt expelli de fundo. [c] Dixi in l. quæro. §. j. ſ. eo. † Item not. q licet expellatur de fundo, nihilòminus poteſt conueniri ad penſionem debitã. de quo per Cyn. plenè C. de iur. emphy. l. ij. in iij. q. vbi etiam glo. tangit. Vltimò [d] no. q licet quis expellatur † de fundo propter penſionem non ſolutam, nihilòminus põt repetere expenſas vtiliter factas in fundo. Sed contra iſtud opp. glo. de l. fi. C. cõia de leg. Sol. vt ibi gl. Item opp. de §. ſi verò quis locator. in aut. de ali. & emphy. Sol. glo. ibi fauore, eccleſiæ, vt in gloſ. habes. Tu dic inditinctè quòd hic loquitur in ſimplici colono. [e] Emphyteuta † verò ſiue eccleſiæ ſiue alterius quando propter penſionem non ſolutam eĳcitur, ſuas meliorationes non repetit [f]: vt C. de iu. emphy. l. ij. Ratio põt eſſe: quia aliàs emphyteuta minorem penſionem ſoluit: & ideo conſueuit apponi in inſtro q dat in emphyteuſim talẽ rẽ ad meliorandũ, nõ ad deteriorandũ, &c.

Nauem. Quando caſus occurrit in re locata culpa conductoris, merces integra debet. h. d. De materia vidiſtis in l. ſi vno. §. item cum quidã. ſ. eo.

Striuum. Ante approbationem operis periculum eſt domini, niſi vitio operis caſus euenerit. hoc dicit. De hoc vidiſtis in l. opus. ſ. eodem. Dic vt ibi, &c.

De æſtimatoria actione. *Rubrica.*

☞ Quando dubitatur de nomine contractus, recurritur ad actionem præſcriptis uerbis.
Actio præſcriptis uerbis æſtimatoria eſt bonæ fidei.

LEX I.

Actio. Quando res æſtimata vendenda tradi tur, actione præſcriptis verbis æſtimatoria agitur, quæ eſt bonæ fidei. hoc d. † Nota regulam quæ hic ponitur, quòd quoties dubitatur de nomine contractus, recurrimus ad actionem præſcriptis verbis. videbitis j. titu. ij. l. j. † Secundò no. quòd actio præſcriptis verbis æſtimatoria eſt bonæ fidei. id eſt, quando datur pro re permutata, vt j. titu. j. l. j. aliàs eſſet ſtricti iuris. Inſtitu. de actio. §. actionum. Opp. & videtur quòd debeat dari condictio ex lege, vt l. j. ſ. de cond. ex lege. Sol. ibi quando ex noua lege inducitur actio: hic verò quãdo antiqua lex ex aliquo contractu, de cuius nomine dubitabat, ſecũdùm gl. & bene. Item opp. q debeat dari de dolo: vt l. & elegãter. in prin. & §. non ſolùm. ſ. de dolo. Sol. vt in gl. & bene. Item opp. q illud negotium ſit de iure gentium ſicut ferè cæteri cõtractus nominati: vt l. iuris gentium. in princi. de pact. Sol. fateor. & quod dicit ciuile, expone vt in gloſ. &c.

1 *☞ Forma libellandi in actione æſtimatoria.*
2 *Contractus innominati quòd iudicentur ſecundùm naturam contractuum nominatorum, quibus æquiparantur.*
3 *Aeſtimatio quando faciat tranſire periculum in accipientem.*

g **Aeſtimatio.** [g] Aeſtimatio facit trãſire periculum in accipiẽtem. h. d. Suprà dixi quæ actio detur quando res datur æſtimata venden da: hic verò ad quid detur. † Not. modum formandi libellum. Poſſum enim per hãc actionem repetere aut rem, aut æſtimationem eius, quod not. Puto etiam q ſi haberet facultatem rem reddendi, poſsit præcisè cogi ad eam reddendam: quia cùm iſte ſit contractus innominatus, poteſt habere locum pœnitẽtia: vt l. ſi pecuniã. ſ. de condi. ob cauſ. Opp. & videtur q periculum non ſit indiſtinctè accipientis, imò debet diſtingui quis rogauerit: vt l. ſi gratuitam. §. j. j̃. tit. ij. Gl. ponit duas ſol. ſecundùm Io. Primò q hæc intelligitur ſecundùm illam. Vel aliter. Hic pretiũ fuit appoſitum certum: ibi incertum. Et iſtud quod ſequitur in gl. vel plenius, eſt exẽplificatio huius ij. ſol. Nam iſtud quod Io. dicit, q æſtimatio fuit appoſita in certa, non facit tranſire periculum in accipientem: placet per l. quidam. §. ſi tibi. j̃. de lega. j. vbi videtur caſus ſecundùm quod Io. dicit quando æſtimatio eſt certa, recipiẽs etiam tenet̃ de caſu fortuito: videt̃ cõtra ſentẽtiam Azo. vt ſ. pro ſoc. l. cùm duobus. §. damna. & ſ. cõmo. l. ſi vt certo. §. cõmodatũ. vbi gl. diſtinguit notabiliter. Aut de natura cõtractus veniebat leuis culpa: & æſtimatio facit venire leuiſsimã. Aut veniebat leuiſsima: & æſtimatio facit venire caſum fortuitũ. Sed ſecundùm illam diſtin. adhuc ſumus in dubio: quia iſti contractus innominati † iudicãtur ſm naturam cõtractuum nominatorũ, quibus æquiparãtur: vt l. j. §. ſi quis ſeruum. ſ. depoſiti. & l. eum qui. ſ. commo. Si igitur æquiparemus hic hunc cõtractum contractui mãdati, in quo venit leuiſsima, æſtimatio facit venire caſum fortuitũ, ſi æquiparemus locationis & cõductionis contractui, in quo venit leuis, tenetur de leuiſsima: hoc autẽ eſt incertum cui æquipareť vt hic dicitur in tex. Quid ergo dicemus? † Breuiter materiã iſtam quid operet̃ æſtimatio: Cy. ponit in l. j. ſ. cõmo. Gul. de Cu. ponit eam in d. l. ſi vt certo. §. cõmodatum. ſ. commo. ego in multis ab eis diſcrepo. Dixi plenè in d. §. commodatum. tñ quantum ad propoſitũ mihi videtur diſtinguendum quando res æſtimata vendenda datur. Aut æſtimatur res prout vẽdenda eſt hoc modo: do tibi hãc rem vendendam, vt reddas mihi eam, aut decẽ pro ea: & tunc æſtimatio facit tranſire periculum etiam caſus fortuiti in accipientem: vt hic in fi. ſecundùm opi. Io. & veram. Aut res datur æſtimata prout eſt vendenda: vt, do tibi iſtã rem, vt vẽdas mihi eam pro decem: vnde æſtimatio fuit expreſſa, vt ſcires pro quanto poſſes vendere: tunc eſt diſtinguẽdum vt dicitur in l. ſi gratuitã. §. j. j̃. tit. ij. qd̃ ſi non apparet, in dubio præſumo æſtimationem factã prout vẽdenda eſt: vt d. l. ſi gratuitã. Cætera dic, vt dixi plenè in d. §. cõmodatum. Et dic quando traditur res æſtimata vt reddat̃ æſtimatio, nõ res: tũc eſt emptio: & in dubio ad accipientẽ ſpectat periculum. vt l. neceſſariò. de peric. & cõmo. rei ven. Quandoq; traditur vt reddat̃ res, nõ æſtimatio: & tunc non facit tranſire periculum, ſed eius effectũ. Dic vt in l. ſi inter virũ. C. de iu. do. Quãdoq; res tradit̃ æſtimata hoc pacto vt reddat̃ res vel æſtimatio, vt ſit in contractu, in quo re tradita trãsfertur dominiũ vel vſucapiendi cõditio: & tũc videt̃ q facit tranſire periculũ deteriorationis, ſed nõ periculum peremptionis: vt l. plerũq;. in fi. de iur. dot. Hoc operatur natura alternatiuę: quia re exiſtente, licet deteriorata, ipſa poteſt reddi: ſed re perempta non põt reddi ipſa. Si verò fuit actum in contractu, de cuius natura nõ eſt vt transferatur dñium: tunc idem eſt quod qñ res traditur æſtimata ſimpliciter, vt ſtatim dicam. Quandoq; res traditur æſtimata ſimpliciter, & de re reddẽda vel æſtimatiõe nil eſt dictum:

Universidad de Deusto
Biblioteca

est dictum: aut fuit in cõtractu, de cuius natura est vt transferatur dñium vel vsucapiendi cõditio, aut non. Primo casu aut natura illius contractus repugnat ꝙ illa æstimatio faciat emptionẽ, & nõ inducit emptio, nec transfert periculum: vt l. seruos. §. fami. ercis. Pretiũ enim serui, cũ nõ sit hæreditarium, nõ ponit in diuisione: & tunc nõ videt facta emptio. Aut natura cõtractus nõ repugnat: & videt facta emptio, & transit periculũ in accipientẽ: vt l. æstimatæ. ℩. sol. matri. & l. quoties. C. de iur. dot. & l. plerunq; in prin. ℩. de iur. do. vbi si æstimatæ sint res, potest esse in dote earũ æstimatio. Qñq; fit in cõtractu, de cuius natura nõ est vt transferatur dominiũ, vt in contractu locati, depositi, & similibus: & tunc est materia l. si vt certo. §. commodatum. §. commoda. & dic vt ibi dixi, &c.

LEX II.

HAec actio. Opp. de l. rogasti. in fi. §. si cer. peta. Dic vt in glos. quæ ponit duas sol. & quælibet est bona.

De rerum permutatione[a]. *Rubrica.*

1 ☞ *Contractus permutationis quare non dicatur contractus nominatus. remißiuè.*
2 *Permutatio in quo differat à contractu, do ut des.*
3 *Contractus permutationis quando impleatur dando rem alienam.*
4 *Verbum, accipio, uel suscipio, ꝙ non concludant necessariò translationem dominij.*
5 *Condictio ob causam an habeat locum in contractibus nominatis. remißiuè.*
6 *Quot sunt differentiæ inter contractum permutationis & contractum emptionis & uenditionis.*
7 *Si ex una parte datur res & pecunia, ex alia res tantum: quando sit permutatio uel uenditio.*
8 *Condictio ob causam, quando non habeat locum in permutatione.*
9 *Actio præscriptis uerbis quæ datur pro re permutata, quòd sit bonæ fidei.*

SIcut. Permutatio est contractus innoïatus: & ideo inducit actionẽ præscriptis verbis, & solo cõsensu nõ cõtrahitur, nisi rei interuẽtu vestiatur: & si datur res aliena, nõ vestitur: & in ea est locus condictioni ob causam. h. d. Bona & not. est hæc lex. & diuidit: quia primò ostendit permutationẽ esse contractũ innominatũ, & in speciẽ noïati cõtractus nõ cadere. Secũdo ex hoc infert quatuor effectus, qui cõgruũt cõtractui innoïato. Secunda ibi: vnde si ea res. Circa istam legẽ sunt quærenda
1 aliqua. Primò † quare contractus permutationis[b] nõ dicitur
b nominatus, cum habeat elegans nomẽ sicut cõtractus emptionis. Glo. remittit ad no. in l. iuris gentiũ. circa princi. §. de pac. & ibi dixi. & no. in l. j. C. eo. Secundò quæro vtrũ oẽs contractus nominati cõtrahant solo cõsensu. Gl. dicit ꝙ nõ. Dicas vt
2 d. l. iuris gentiũ. §. j. †Item quæro, in quo differt contractus permutationis à cõtractu, do vt des. Glos. dicit hic, plenius tñ & clarius. C. eo. l. j. in vlti. gl. Breuiter permutatio dicit, qñ ex vtraq; parte est species certa: sed qñ ex vtraq; parte esset gen⁹,
3 vel ex altera tm̃: tunc esset do vt des. †Item quæro vtrũ hoc
c sit verũ indistinctè[c] quod Pedius hic dixit, alienã rẽ dantem nõ vestire contractũ permutationis. Gl. hic hoc disputat. Hoc etiã tangit in l. j. C. eo. & ibi Cy. in ij. q. tñ omissis oïbus hic dicas vt dictũ est ℩. permutatio est cõtractus innoïatus: & ideo requirit implemẽtũ ƒm quod cõuenit, & ƒm quod actum est. Aut em̃ est actũ ꝙ des mihi Codicẽ tuũ, vt ego dẽ tibi Digestũ meũ: & tunc dando alienũ nõ implet, nec cõtractus vestit: fuit em̃ actũ de dãdo, hoc est, transferẽdo dñium. qđ nõ fit: ergo &c. Et hoc est qđ dicit Pedius, alienã rẽ dãtẽ: qm̃ erat actũ de dãdo. Si verò actũ est de nõ dãdo, sed de accipiẽdo, s. accí-
4 piã Codicẽ tuũ ꝓ Digesto meo: † tũc verbũ, accipiã vel suscipiã, & similia, nõ cõcludũt de necessitate trãslationẽ dñij: vt l. naturalis. §. j. ℩. titu. j. ibi dicam: tũc tradendo rem alienã bona fide implet cõtractũ. vt l. j. C. eo. Et ita loquunt rationes hic facta per Guar. Si verò ex vna parte esset actũ ꝙ daret, ex alia nõ: puta, dabo Codicẽ meũ, et accipiã Digestũ tuũ: tũc ex illa
5 pte, qua actũ esset de dando, nõ implet dãdo rẽ alienã: ex alia verò parte impleret, per rationes prędictas. †Itẽ quæro vtrũ hoc sit verũ indistinctè ꝙ in cõtractib⁹ noïatis nõ sit loc⁹ cõdictioni ob causam. Gl. tangit hic: dic plenè, vt l. fi. §. de cõdi. ob
6 cau. †Itẽ quæro quot sunt differentiæ[d] inter cõtractum ven-
d ditionis & emptionis, & cõtractum permutatiõis. Gl. dicit ꝙ hic ex tex. colligũtur quatuor, scilicet ex istis quatuor illatiõ-

a ✠ P. P A V. P. ¶ De rerum permutatione. Vide multa de ista rerũ ꝓmutatione Institu. de act. per Iaſ. & alios. Itẽ an dispositio loquẽs de emptione & vẽditione trahatur ad permutationẽ, ꝓpter similitudinẽ, quã habent, vide per Iaſ. in l. fi. in iij. col. ff. de cõdi. ob cãm. vide Barba. in rub. extra, de rerũ ꝓmuta.

b ¶ Permutationis Adde quod dicit Bal. in c. j. §. j. de cõtro. inuest. ꝙ cambium est ad genus: sed permutatio, ꝓprie est speciei ad speciẽ: & sunt cõtract⁹ innominati.

c ¶ Verũ indistinctè. An permutatio cõsistat, si res nõ erat permutãtis. Et vide bal. in l. j. C. eo. & ibi etiã quid si permutat nuda possessio cũ nuda possessione.

d ¶ Differentiæ. Vide gl. & doc. in l. j. C. eo. & melius in l. ij. C. eo.

e ¶ Vna parte. Adde bar. in l. Arist. in prĩ. de do. & Bal. in l. j. C. eo. Vide d. Pet. de Ancha. & Mod. in c. quã to. de iud. in ij. co. per bar. in l. Aristo. de do. et in l. si in emp. de cõ trahen. emp. & in l. si cut. §. vẽditiõis. ff. qb. mod. pig. vel hyp. sol. & Bal. in ꝓœ. feu. in iij. col. & Cano. in d. c. ad quæstiones. Sed cõtra istud videt facere ꝙ vult idẽ Bal. in l. si quis ante. j. de acquir. pos. & in l. ij. circa fin. §. si cer. peta. vbi videt velle ꝙ qũ dubitat de natura cõ tractus vtrũ sit noïa tus vel innominat⁹, potius censet innomi natus. Vide per Ro. & Mod. in l. fi. §. de cõ di. ob cãm. Vide Mo der. in l. si pascẽda. C. de pac. vbi Ful. tenet etiã cõtra Bal. Vide Bar. in rub. ℩. ti. j. & ꝙ potius censet innomi nat⁹, induco l. Labeo scribit, si mihi biblio thecã. C. de cõtrahen. emp. vbi si vẽdo tibi bibliothecã sub cõdi tione, si Campani vẽ diderint tibi locũ in quo reponeres eã dici tur ibi quòd si steterit ꝓte quò minus im pleat cõditio illa, ꝙ agit præscriptis verbis: dicit tamen etiã ibi subsequẽter quòd etiam agi potest ex vendito.

f ¶ Permutatione. Nota limitationẽ ꝙ in cõtractu innominato nõ habet locũ pœnitẽtia. fallit in cõtractu trãsactionis text. sing. ĩ l. si ꝓ fundo. C. de trãsac. & ibi Bar. licet trãsactio sit contractus innominat⁹, l. siue apud acta. et ibi no. C. eo. tit. & sequit do. Io. in l. aristo. &c.

g ¶ Actio præscriptis verbis. An actio præscriptis verbis sit bonæ fidei, est tamẽ stricti iuris in casu no. ꝓ Bal. in l. j. C. eo. in ver

7 ℩. de pigno. actio. †Quæro extra glo. qd
e si ex vna parte[e] dat res & pecunia, ex alia res tm̃, vt tota die euenit: vt, do librũ meũ ꝓ tuo, et addo tibi decẽ: an erit emptio, an permutatio? Breuiter videndũ est illud ꝙ principaliter agitur: Aut enim principaliter vendit pro certo pretio, hoc acto vt detur alia res: & erit vẽditio: vt l. tenet. §. j. ℩. de act. empt. Aut hoc agitur quòd permutatur res cũ re, hoc acto vt superaddatur certa quantitas: & erit permutatio: argu. ℩. locati l. item si pretio. §. j. Pro hoc extra, eo. c. ad quæstiones. Sed si de hoc dubitatur, dicemus esse cõtractum innominatũ, & parere actionẽ præscriptis verbis, vt ℩.
8 titu. j. l. j. †Quæro an sit verũ indistinctè
f ꝙ in permutatione[f] sit locus cõdictioni ob cãm. Certè in vno casu nõ, vt qñ habebas rẽ vænalẽ, et ꝓmutaui tecũ tũc est ei locus pnię, vt possim rẽ repetere, vt l. j. C. eo.
9 secũdùm lectu. gl. sing. † Vltimò scias ꝙ
g actio præscriptis verbis[g] quæ dat ꝓ re ꝓmutata, est bonæ fidei: vt Institu. de actioni. §. actionũ. Vnde oïa quę dicta sunt in alijs actionibus & iudicijs bonæ fidei, possunt dici hic, vt ℩. titu. j. l. j. & ℩. l. proxi. &c.

1 ☞ *Contractus innominati quod iudicẽtur secundũ naturam cõtractuum nominatorum, quibus æquiparãtur.*

LEX II.

ARisto ait. Qui permutat, debet cauere de vitijs & morbis, sicut vendens. h. d.
1 †Nota ꝙ contractus innominati iudicãtur secũdùm naturã cõtractuũ nominatorũ quibus assimilantur. Simile ℩. depositi. l. j. §. si quis seruum. et hic dum dicit, qm̃ permutatio vicina est emptioni. Simile in l. eum qui ℩. commodati.

De præscrip. uerb. & in fact. actionibus. Rub.

1 ☞ *Actio præscriptis uerbis, quibus casibus locũ habeat.*
2 *Quæ sit differentia inter actionẽ præscriptis uerbis, & actionem in factum.*

Supra dictũ est de actione prescriptis verbis, quæ datur pro æstimatione & permutatione: nunc verò simpliciter & in genere de prescri. ver. & in factum actione.

Glo. quærit circa rubricam. Primò in quibus casibus habet locum actio pre-
g scrip. ver. Secundò in quibus differt actio
1 præscript. verbis ab actione in factum.
h Circa † quæstionem primam dicit[h] glo.

si. & hic quæro. in vlti. col. & hic adde l. ij. & ibi Bar. & doc. C. eo. Sed quid in actione præscriptis verbis quæ nõ oritur ex permutatione, sed ex pacto apposito iuxta contractum bonæ fidei, vide in l. iuris gentium. §. quinimo. ℩. de pact. Quid in actione præscriptis verbis, quæ oritur ex pacto de permutãdo, vide doc. in d. §. actionum, insti. de actio.

h ¶ Quæstionem primam. dicit gl. &c. In quibus casibus habeat locũ actio præscriptis verbis adde gl. & doc. in d. l. ex placito. de rerum permuta.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ Non eſt verum. Ad gl. & Bar. in d.l. ex placito.

b ¶ Ad ſecundã q. quæ eſt differentia inter actionem præſcriptis verbis, & in factum actionẽ. quid differt actio præſcriptis verbis et in factum, adde Bal. in l. ex placito. in iij. q. C. de rerũ permu. & vide etiã gl. et Dy. & doct. in §. actionũ. Inſtitu. de actio. adde quæ pono. j. l. proxi.

c ¶ Nõnũquã. in prin. huius. l. adde an actio in factũ ſit idem not. Bal. & doc. poſt gloſ. in l. j. C. de rerum permu. & glo. & Bart. in rub. ſ. eod.

d ✠ P. PAV. P. ¶ Naturalis. Qũo ex cõtractibus innoĩatis oriat obligatio naturalis ante implemẽtũ, et cuj⁹ ſit effectus, vide Soci. ſuper rub. de verb. oblig. col. iij. & ſeq.

e ¶ Non facere eſt ſpecies diſtincta. vide ad hoc per Barto.

f ¶ Et ſi quidẽ. In prin. huius. §. & põt etiam agi cõdictiõe ob cau. &c. & vide Bart. in l. ij. §. j. ſ. ſi cer. pet. Bart. in l. ſi id quod j. de verbo. obli. & in l. j. C. de pac. & in l. actione. C. de tranſ. & in l. cũ mota. eo. titu.

g ¶ De neceſsitate. an verbũ accipio, includat trãslationẽ domiñij, adde Bart. in l. fi. ſ. de cõdi. ob cau. & in d.l. cũ mota. et in d.l. j. ſ. de rerũ ꝓmu. et cum bar. hic trãſit Fulg. in d.l. cũ mota. & etiam Pau. de ca. ibi & hic.

ꝓ habeat locũ in trib⁹ caſib⁹, vt in gl. Sed doc. Vltramõtani & monderni dicunt ꝙ in vno caſu tm̃, ſ. qñ dubitat̃ de noĩe contractus, qđ eſt in oĩbus cõtractib⁹ innoĩatis. & illud qđ dicit̃ de pacto incõtinenti appoſito, nõ eſt verũ[a]: qa illæ actiões nõ oriunt̃ ex pacto, ſed ex quodã contractu innoĩato, q oriť habita relatione pacti ad cõtractũ, vt ipſi no. in l. in bonę fidei. C. de pac. & in l. ex placito. C. de rer. permu. in v. q. Sed illud nõ eſt verũ: ſed gl. tua dicit verũ. Nã actio preſcri. verb. habet locum in pactis incõtinẽti appoſitis: & ex pacto incõtinẽti appoſito oritur actio. Tex. eſt in d.l. in bonę fidei. C. de pact. & l. iuriſgẽtiũ. §. quinimo. ſ. de pac. & ibi dixi. Solu. dicit gl. vbicũ ꝙ dubitat̃ de actione circa cõtractũ, hic accipias cõtractũ largè, etiã ſi nõ ſit cõtractus vltro citroꝙ obligatorius. Põt eñ parere actionẽ præſcri. verbis, vt videbitis in multis caſib⁹ huius tituli. Itẽ qñ eſt factũ certũ, & dubitat̃ in ꝙ ſpeciẽ cõtractus cadat: vt l. j. j̃. eo. & l. j. ſ. titu. ij. Item ſi factũ eſſet incertũ, vt ſ. tit. j. l. j. Item habet locũ actio præſcriptis verbis vbi factũ eſt certũ, & certum eſt ꝙ nõ cadat in aliquã ſpeciem cõtractus noĩati, vt in tribus cõtractibus, qui ponunt̃ in l. naturalis. §. j. j̃. eod. Ad ij. q.[b] quæ † eſt differentia inter actionẽ præſcriptis verbis & in factũ actionẽ. Dicit gloſ. ꝙ actio in factũ magis generaliter ſumitur. Iſtud expediui plenè in l. j. ſ. de cõdi. ex lege. tñ quantũ pertinet ad præſentẽ titulũ declaro: Actio præſcriptis verbis ideo appellata eſt: quia datur ſm verba præſcripta, & nõ habet certũ nomẽ: & iſta eadẽ põt dici in factũ, quaſi habeat actionẽ ſm factũ ꝓpoſitũ. Vnde vbicũ ꝙ haber locũ actio præſcriptis verbis, habet locũ in factum: Qñ ꝙ tñ ex aliquo facto æquum eſt actionẽ dari, vbi nulla verba interuenerũt: & tunc non poteſt dici præſcriptis verbis quia verba non fuerunt: ſed vocatur actio in factum. De qua videbitis in l. quoties. j̃. eo. & per multas leges huius tituli declaraui plenè in l. j. ſ. de condi. ex lege. &c.

1 ☞ *Vbi eſt incertum in quam ſpeciem contractus cadat, ad actionem præſcriptis uerbis uel in factum recurritur.*

2 *Conductor quòd dicatur qui pecuniam dat: alius locator.*

L E X I.

c 1 **Nonnunquam.** [c] Vbi incertũ eſt † in quã ſpeciem contractus cadat, ad actionem præſcriptis verbis, ſeu in factum recurritur. h. d. Nota qđ dixi in ſummario. & nota legem noſtrã.

Opp. ad primũ exemplum hic poſitum per Iuriſconſultum.

2 †Nam de iure conductor eſt ille, qui dat pecuniã: & alius dicitur locator: vt d. l. j. §. ſi quis ſeruum. ſ. depoſi. & j̃. eo. l. naturalis. §. at cũ do. Ergo hoc eſt certum ꝙ dominus nauis eſt locator & dominus mercium eſt conductor. Solu. Poſito ꝙ hoc ſit: tamen eſt incertitudo circa contractum, ſcilicet an locauerit nauem, an locauerit operas ſuas, ſeu rem & operam. & propter hãc incertitudinem circa factum deuenitur ad actionem præſcriptis verbis, ſeu in factum. &c.

d **Naturalis.** [d] Nota difficiliorẽ & vtiliorem fortè legẽ, quæ ſit in ff. veteri. hęc enim fuit vna quęſtio altius diſputata per Paul. in qua plenè tractat materiam vt facio in quæſtionib⁹ meis: & primò ponitur thema & quæſtio. Secundò altius exorditur materiam, diuidendo eã in quatuor partes, ſcilicet in quatuor contractus innominatos. Tertiò proſequitur primũ. Quartò proſequitur ſm. Quintò proſequitur tertiũ. Sextò ꝓſequitur quartũ. Septimò determinat quæſtionẽ propoſitam. Secunda ibi: in hac quęſtione. Tertia ibi: & ſi quidem. Quarta ibi: at cũ do. Quinta ibi: quod ſi facia. Sexta ibi: ſed ſi facio. Septima ibi: ſi ergo. & legamus per particulas. Prima particula nõ habet ſummariũ, nec recipit oppoſitionem: quia merè factum ponit: & ſecũda particula, quia ponit diuiſionẽ merè, nõ recipit ſummariũ, ſed contraria: & glo. nõ opponit nec dat ſolutionẽ. Ego fortiſſimè oppono ꝙ etiam in alijs ſpeciebus conſiſtunt cõtractus innominati. Quãdo ꝙ enim do vt facias. Qñ ꝙ do tibi vt Lucius Titi⁹ faciat. Qñ ꝙ do tibi vt quid cõtingat ſeu obueniat. Iſta ſunt verba eiuſdem Pauli Iuriſconſulti: vt l. ſenatus. §. j. j̃. de do. cauſa mor. Sol. Contractus propriè eſt, qñ vltro citroꝙ oritur obligatio: vt l. Labeo. j̃. de verb. ſigni. Intendit ergo Iuriſconſultus hic tractare materiam dationis ob cauſam, qñ cadit in cõtractum. hoc eſt quod dicit, totius obligationis rẽ dari tractatus, ſed in caſibus legis cõtrariæ licet ſit datio ob cauſam, tamẽ nõ cõtractus: quia recipiens nõ obligat̃ aliquid faciẽdum vel dandũ. Secundò opp. & fortiter: iſti contractus cõcipiunt̃ per vt, & ſic ſub modo, ſed ego video ꝙ qñ ꝙ concipiunt̃ per ſi: vt l. ſi intra. ſ. de pac. & ſi erit do vt facias, vel facio ſi des, & ſimilia: nõ eſt ergo perfecta diuiſio quæ hic ponitur per Iuriſcõſultum. Reſpõ. per ſi, inducitur conditio: & ea quæ ſunt in conditione nõ ſunt in obligatione: vt l. ſi quis ſub cõditione. j̃. ſi quis omiſ. cau. teſt. & ideo nõ eſt propriè cõtractus: quia non vltro citroꝙ oritur obligatio. ego dixi in d.l. ſi

e intra. Tertiò opp. non facere, eſt ſpecies diſtincta[e] à facere: vt l. in facto. j̃. de condi. & demõ. Sed ego reperio cõtractũ innominatum do vt non facias, vel non facio vt des: vt l. dedi. in prin. ſ. de cõdi. ob cau. ergo hic Iuriſconſultus nõ diuiſit. Reſpon. factum poteſt accipi vt genus: & diuiditur in affirmatiuam & negatiuam, vt in facere & nõ facere: vt d. l. in facto. de condi. & demon. Hic ergo accipit Iuriſcõſultus in genere, & comprehendit facere & non facere: licet tamẽ non proſequat̃ niſi qñ facere affirmatiuè fuerit ꝓmiſſum. Quartò oppo. ꝙ ſunt plures ſpecies cõtractuũ qui poſſunt colligi ex geminatione eorũ, quæ hic ponũtur, ſcilicet do & facio vt des: vel do & facio vt facias: vel do vt facias & des: & ſimilia: & poſſunt triplicari & quadruplicari: & tunc erunt infinitę ſpecies contractuum innominatorum. Reſpon. quãdo datur doctrina de ſimplicibus, intellige ſtatim de miſtis: vt Inſti. de act. §. itẽ miſta. & j̃. de libe. & poſthu. l. ſi ita. vnde iuriſconſultus cum hic poſuerit diuiſionem ſimplicium, ſtatim intellexit & comprehendit contractum, ſi miſceantur.

1 ☞ *Actio præſcriptis uerbis datur ut fiat quod conuenit : aliàs condemnatur ad intereſſe.*

2 *Condictio ob cauſam non oritur ex ipſo contractu ſed extra id quod agitur.*

3 *Verbum recipio, uel accipio, quòd de neceſsitate non inducat translationẽ dominij.*

4 *In obligationibus dandi ex contractibus innominatis non cogitur quis præcisè, imò liberatur præſtando intereſſe.*

5 *Libellus in actione præſcriptis uerbis qualiter formetur.*

6 *Si datio fit propter aliquod factum, quis contractus erit.*

7 *Si do ut alij des uel in aliquam cauſam conuertas, quòd ſit contractus innominatus, qui habet ſimilitudinem cum mandato.*

f **Et ſi quidem.** [f] Hæc eſt tertia pars, in qua proſequitur naturã primi contractus innoĩati, do vt des: & breuiter hoc intẽdit. Si pecunia datur vt res recipiat̃, eſt emptio: ſed ſi res datur ꝓ re, eſt contractus innoĩatus, ex quo oritur actio præſcriptis verbis ad intereſſe, & põt etiã agi cõdictione ob cauſam, & periculũ rei ſpectat ad eũ qui eã rem recipere debet, ſicut in emptiõe & vẽ. h. d. Nota qđ dixi

1 in ſummario. no. † ꝙ actio præſcri. verbis dat̃, vt fiat qđ cõue-

2 nit qđ ſi nõ fieret, cõdẽnat̃ ad intereſſe. †Secũdò nota ꝙ cõdictio ob cauſam nõ oriť ex ipſo cõtractu, ſed extra id qđ agitur, vt repetat̃ qđ datũ eſt, quaſi cauſa non ſecuta: vt l. ſi is qui. §. fi. ſ. cõmo. Opp. & videtur ꝙ qñ do pecuniam vt rem recipiam, ꝙ ſit cõtractus innominatus: vt ſ. de cõdi. ob cau. l. fi. Solu. ibi fuit data pecunia vt res daretur: vnde cũ de natura emptionis nõ ſit ꝙ vẽditor obligeť ad dãdum, ideo eſt cõtractus innoĩatus: híc verò non fuit actum vt rem darẽ, ſed vt rem ac-

3 cipiam. Et ſic nota † ꝙ iſtud verbũ recipiã, vel accipiam, nõ

g inducit de neceſsitate[g] translationẽ dominij. Cõtra quod tñ facit C. de tranſac. l. cum mota. ibi: vt partem bonorũ ſuſcipere. Sed poteſt reſpõderi ꝙ ibi adĳcit̃ iſtud verbũ, bonorũ, & ſic eſt

sic est obligatio generis: vt l. non amplius. §. fi. ff. de leg. j. merito translationē dñij cōtinet: vt dixi in l. ex empto. in prin. ſ. de act. emp. Et eodem modo intelligo quod ff. sequit, si rē do vt rē accipiā: ꝙ ex necessitate importat ꝙ tu tenearis me facere dominum sed solū tradere possessionem vacuā, & qđ à te dolus malus absit, sicut in emptione & venditione: vt l. j. ſ. tit. j. & ibi dixi. Opp. dicit hic, ciuiliter obligari. cōtrà: imò est iuris gētiū: vt l. iuris gentiū. in prin. ſ. de pac. Sol. glo. duob⁹ modis, & bene. Itē opp. dicit hic ꝙ per hanc actionē fit condēnatio ad interesse: contrà, in obligatione dandi cogitur quis ꝓcise dare: vt l. vbi aūt. in fi. ff. de verbo. obli. sed hic est cōtractus, do vt des: ergo &c. Possumus dicere ꝙ hic nō erat obligatus præcise ad dandum, vt ſ. proximè dixi: tñ hic Iuriscō. hoc nō inspexit, sed generaliter & indistinctè est locutus in quolibet contractu, do vt des. & ideo glo. in l. j. C. de sen. quæ pro eo quod interest. dicit ꝙ †in obligationibus dandi ex cōtractib⁹ innominatis nō cogit quis præcise, imò liberat̃ soluēdo interesse, vt hic. Vltramō. cōtrà in d. l. j. C. de sen. quæ pro eo ꝙ interest. in iiij. q. principali, circa fi. & in l. cū præcibus. C. de rerum permu. & Dy. in l. stipulationes non diuiduntur. ff. de verb. obli. in magna distinctione tenet opi. nostrorū glo. Assignat rōnem, vt examino plenè in d. l. stipulationes nō diuidunt̃. in xj. vel xij. oppositiōe. & ibi teneo opinio. gl. nostrorū. Opp. ad ver. sed si cyphum. ff. de condi. ob cau. l. fi. Gl. soluit & tenet illam ibi: vel melius, &c. †Quæro extra gl. qualiter formabit̃ libellus in hac actione præscriptis verbis. Respōdeo, sicut dixi in l. j. in prin. ſ. de act. emp. peto te condēnari ad rem dandā: vel si rem non dederis, ad interesse, vt hic colligitur ex tex. Item quærit: †si datio fit propter aliquod factum vt des mihi decē, & dem tibi seruum vt manumittas: datio, quam debes facere mihi, est propter factum. glos. videtur dicere ꝙ tūc iudicabit̃ magis do vt facias, ꝙ̄ do vt des: vt l. cū proponas. C. de do. tangitur per glo. ff. ea. l. §. quod si faciam. & ibi dicam. † Sed quæro quid si do tibi vt alij des, vel in aliquam causam conuertas: non vt mihi des? Certè contractus innominatus est: & habet similitudinem magis cum mandato ꝙ̄ cum emptione & venditione: & ideo potest reuocari ex pœnitentia, sicut cæteri contractus nominati. Item morte videtur reuocari ad similitudinem mādati, nisi in casu speciali: vt l. si res. j. ff. de iure do. &c.

1 ☞ *Facta quæ possunt locari, quomodo cognoscantur.*
2 *Re euicta quando agatur præscriptis uerbis.*
3 *Quòd non sit locatio, nisi interueniat pecunia numerata.*

a **At cum do.** [a] Si dat̃ pecunia pro facto ꝙ solet locari, est locatio: si res datur pro facto, est contractus innominat⁹ pariens actionē præscriptis verbis ad interesse. sed si factum locari non solet, quicquid detur, est contractus innominatus: & ideo ex eo potest agi actione præscriptis verbis: potest etiam datum condici. hoc dicit. Opp. ꝙ nō potest agi præscriptis verbis actione: imò seruus efficitur liber post lapsum tēporis: vt l. si is qui. C. si manci. ita fue. alie. ne pro. Glo. soluit duobus modis, vt hic, & l. dedi. §. ij. ſ. de condic. ob cau. Dic ꝙ in cōtrario fuit emptio & venditio: hic contractus innominatus. Et hūc passum examinat Cy. plenè satis in l. si liber. C. de cōdic. ob cau. Itē oppo. de dolo actio nō debet dari: imò præscriptis verbis, quæ orit̃ ex contractibus innominatis, vt hic, & ſ. tit. j. l. j. ver. vnde si ea res. & ſ. de cōdic. ob cau. l. fi. Sol. dicit glos. expone hic de dolo, idest præscriptis verbis propter dolū. Tu dicas ꝙ stet propriè de dolo. Nec obstant cōtraria: nam hic fuit contractus, do vt facias. & hoc loquitur de actione dandi ei, qui fecit, ex cuius parte est, facio vt des. licet glo. cōtradicat: ideo competit sibi de dolo, vt dicā. ff. proximo §. Item quærit glos. quomodo cognoscantur cōtractus innominati: vtrum ex modo cōtrahendi, an ex modo implendi. Et dicit gl. ꝙ ex modo contrahendi. quod declaro. ff. §. proximo.

1 †Itē quæro extra glo. quomodo cognoscā facta quæ possunt locari, & quæ non? Respondeo, quædam sunt merè facti, vt ire Romā, portare libros, & similia: & ista possunt locari: vt ſ. loca. l. qui operas. & l. opus. cum simili. Quædā sunt facta, quib⁹ est admistum ius, vt manumittere, vendere: & ista habent factum momētaneum: & non possunt locari. ita loquit̃ hic. Aut habent factum successiuum: vt agere pro me in iudicio: & ista

2 possunt locari: vt ff. ea. l. §. sed si facio. Item aduerte †ꝙ de re euicta potest agi præscriptis verbis, vt hic: & etiam cōdi. ob causam, regulariter: vt l. fi. ſ. de condi. ob causam. Fallit in cōtractu transactionis, vbi si possum agere prę- a scriptis verbis ad interesse re euicta, non competit cōdictio ob causam odio litiū, ne restaurentur. vt C. de transact. l. si pro

3 fundo. †Vltimò nota quod nō est locatio, nisi iterueniat pecunia numerata, &c. b

1 ☞ *Quando datio uenit principaliter propter factum, ipsum factum uidetur in obligatione: & econuerso.*
Promissio de parendo sententiæ arbitri sub pœna, quòd si sim condemnatus ad dandum, quòd pœna sit adiecta dationi.
2 *Ratio quare in contractu, facio ut des, non datur actio præscriptis uerbis.*
3 *Lex, cum proponas. C. de dolo. quòd loquatur de actione de dolo quæ datur in locum cōdictionis ob causam.*
4 *Actio præscriptis uerbis an oriatur ex contractu, non facio ut des.*
5 *An in contractu, non facio ut des, oriatur condictio ob causam.* c

b **Quod si faciam.** [b] In facio vt des, non habet locum actio præscriptis verbis, sed ad actionē de dolo recurritur. h. d. Vidistis duos articulos, scilicet do vt des: do vt facias. nunc videamus de tertio, scilicet de facios vt des. Opp. & videtur ꝙ imò datur actio de dolo: vt l. cum ꝓponas. C. de dolo. Solu. Dicit gl. ꝙ ibi est facio vt des. Licet enim dederim seruum vt manumittas: hæc datio fit pro facto: & ideo perin- d
c de est, ac si esset facio vt des. [c] †Nota il- 1
lud, si datio fit principaliter propter factum, ipsum factum videtur in obligatione. Idem nota in lege contraria. & econuerso si est factum in obligatione ꝓpter dari, datio videtur in obligatiōe: & ideo si promisi parere sentētiæ arbitri sub certa pœna, & arbiter cōdemnauerit me ad dandū: licet prima facie videatur adiecta pœna facto: tñ in veritate est adiecta dationi. Non enim aliud est parere sentētię arbitri, quā dari. Pro hoc infrà de verbo.
d oblig. l. v. [d] §. fi. Et hoc est vtile ad multa: & maximè si quātitas deberet dari: quia tunc videretur adiecta loco, & in fraudē vsurarū: vt l. Iulianus. §. idē Papinianus. ſ. de actio. empt. Sed licet ista solutio cō- e
tineat veritatem in se: tamē propter aliud nō placet, vt statim dicam. Item oppo. C. de transac. l. cum mota. Solu. dicunt quidam qđ ibi erat do vt facias, licet fuerit præuentum in faciendo: sed hoc non placet. Non enim curo quæ verba præponantur vel postponantur, vt infrà dicam: & ideo dicit glo. aliter, ꝙ ibi fuit facio vt des. Sed hic erat tale factum, ex quo tibi aliqd adest: vnde producit actionem præscriptis verbis. Ista solutio est bona in se, non tamē quo ad illam legem. ibi enim loquitur de actione præscriptis verbis datiua, quæ datur à lege absq; matre obligatione: sed hic quærimus de actione præscriptis verbis natiua, quę nascit̃ ex ipso contractu. Tu dic ergo ꝙ ibi non poterat agi condictione ob causam, vt se reponeret in pristinam obligationē, neque ex eo ꝙ actio extincta erat talis quæ non poterat restaurari per pactū: vt actio inofficiosi testamēti, & aliæ quæ ex delicto oriuntur: vt l. si tibi. §. j. & l. si vnus. §. pactus ne peteret. ſ. de pac. Itē de dolo nō poterat dari: quia liberatio obuenerat aduersario propter mortem filij absq; alio suo dolo: ideo datur sibi præscriptis verbis, à lege non ꝙ nascatur ſm veram opinionem.

2 †Quæro ergo pro declaratione [e] prædictorū, quæ est ratio e
ꝙ in cōtractu facio vt des, non datur actio præscriptis verbis. Dicit glos. ꝙ quādo facio vt des, ex facto meo tibi nihil adest:

a ¶ At cū do. In princi. huius. §. pen. Bart. in l. iij. §. j. de condict. ob causam.
¶ POMATES. ¶ At cum do. amplia vt per Lancelo. in l. ij. in prin. in verbo de positi. ff. si cert. peta.

b ☞ P. PAV. P. ¶ Quòd si faciā. Vide de ista materia per Ias. post alios in §. actionū. in xxviij. col. & seq. in glos. in verbo, ex permutatione. de act. Et istud procedit solum ex parte facientis, sed ex parte dantis & accipientis secus esset. vide ibi latius ꝙ cōtractus facio vt des, nō habeat locum in actione de dolo.

c ☞ POMATES. ¶ Vt des. Cōmunis opi. est contra Bar. vt per Alex. in d. l. v. §. fi. & ꝙ eundē cōs. xxxij. vol. ij. & cōsi. v. & cōsil. xcv. vol u. iiij. vbi refert cōtrariā opi. ꝙ imò sit exigibilis, & ꝙ nō videaf adiecta in fraudē vsurarū. & est cōis, vt per ea refert se consuluisse Ia. de Puteo cōtra Bart. Ferrariæ cū de facto accidisset.

d ¶ L. v. Vide Bart. in d. l. v. §. fi. & ibi Ang. et moder. et vide Bar. idē tenētē in l. cū ꝓponas. C. de dolo. Et per ista etiā cōcludit bal. in l. j. C. de instituti. et substi. in iiij. q. ꝙ conditio, si fundum dederis, non dicit̃ in facto cōsistere. & ibi etiam quid de conditione, si fundum vendiderit. Quid autē si do vt cedas mihi actiōes. Dicit Bal. in l. j. in v. col. C. de act. & obli. ꝙ si est debitū liquidum, dicit̃ do vt des. Si aūt dicitur, do vt mādes actionem, tunc est do vt facias: vt hac ea. l. §. penul.

e ¶ Pro declaratione. Vide per Cy. in l. ex placito. ſ. alleg.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ Liberatio. Ita etiã tenet Bart. in d.l.ſiue apud acta. ſed eᵗ opi. cõiter reprehenditur ibi: ideo omiſſa iſta diſtinctione tenea opi. quam ponit Bar. in l. in actione.

b ¶ Videndum. Adde Bart in l.ſiue apud acta. C. de tranſac.

c ¶ Et intelligo. Contrarium tenet Bar. in d.l. actione. & qualiter in cõtractibus innoꝫatis procedit vſucapio, tangit ſubtiliter Bal. in l. j. C. de do.

d ¶ Dicta l. actione. vide ibi Sal. & quod dixi poſt eum.

e ❧ POMATES. ¶ Sed ſi facio. Limita vt p Iaſ. in §. actionum. colũ. xix. Inſtit. de actio.

f ¶ Circa iſtum §. Adde Barto. in l. ex placito. & in l. cum proponas. hic allegata. & adde Bar. poſt gl. in l. ſi intra ſ. de pac. Quid autem requiratur ad eſſentiam contractus innominati, vide oĩno Bart. in l. ſi cũ fundum. ſ. de pactis.

ideo ceſſat æquitas, quæ habet producere actionẽ præſcriptis verbis. & qa tu decepiſti me faciendo vt aliquid facerẽ, & nõ vis dare, recurriť ad actionẽ de dolo: & ideo ſi ex facto meo tibi aliqd adeſſet, daretur mihi actio præſcriptis verbis, ſicut in cõtractu do vt facias, vel do vt des. Iſta eſt vera ratio: probatur in l. ſolent. j. eo. & oẽs tenẽt iſtã lect. licet Io. aliter dixerit. Si hæc ratio eſt vera: tunc ſol. glo. facta ad l. cũ proponas. C. de dolo. nõ eſt bona: quia ſi dedi tibi ſeruũ manumittẽdũ, manumiſiſti: tibi aliqd adeſt, ſcilicet iuſpatronatus: ergo debet dari præſcriptis verbis. nec põt dicere ille, q habet iuſpatronatus, nõ videtur locupletior: qa imo qñ adimplẽdo ſuã voluntatẽ facta eſt manumiſsio, vt j. ea. l. §. fi. & ibi no. probatur in l. ſi quis ſeruum. & l. Titius. ſ. de actio. empt. Præterea, paria ſunt q tibi aliquid adſit, vel alij de voluntate tua: vt l. ſolutã. j. de ſol. Vnde cũ ſeruo manumiſſo acquiratur libertas de voluntate tua, videť tibi aliquid adeſſe. † Et ideo dicendum eſt q ibi in l. cũ proponas. nõ loquitur de actione de dolo, quæ cõpetat ad intereſſe vt faciat quod conuenit: quia ad illud daretur actio præſcriptis verbis: ſed loquitur de actione de dolo, quæ datur in locũ condictionis ob cauſam. Volebam enim repetere ſeruum, quẽ manumiſiſti. quod nõ poteſt fieri: quia libertas nõ poteſt reuocari: ideo dabitur actio de dolo, in qua venit tantũ, quãtum intereſt mea habere illum ſeruũ, quem dedi. Sed cõtra hoc opp. quia illud idem videť venire in actione præſcriptis verbis: vt j. ea. l. in fi. Sol. illud eſt verum quãdo in actione præſcriptis verbis nõ poteſt venire aliud intereſſe, vt ibi dixi: ſed hic poterat venire aliud: ideo recurriť ad actionem de dolo loco cõdictionis ob cauſam. Ita debet intelligi d. l. cũ proponas. de dolo. Item oppo. in facio vt facias, datur actio præſcriptis verbis, vt j. §. proxi. ergo eadem ratiõe in facio vt des. Sol. ibi ex vtraq parte eſt eadem æquitas. Vel poſſes dicere q debet intelligi etiam quando facio vt facias, continet aliqua verba, ex quibus parti aliquid adeſt: aliàs ſi nihil adeſſet, recurreretur ad actionẽ de dolo, ſicut in facio vt des.

Oppo. C. de tranſac. l. cũ proponas. Solu. ibi enim loquimur in nõ facio vt des. Iſtud cõtrarium eſt valde difficile. ibi enim loquimur in non facio vt des: qui articulus eſt valde difficilis. Ratio, quia actio præſcriptis verbis non datur niſi ei, qui implet contractum ex parte ſua: vt per totam hanc l. & ſ. titu. j. l. j. Sed ille, qui promittit non facere, nunquam poteſt implere: quia ſi non facit hodie, poteſt facere cras: & ſic de ſingulis. Itẽ ex hoc ſequitur aliud: quia ſi aliquid dedit vel facit, per quod aliquid adſit aduerſario: non poteſt repetere per condictionẽ ob cauſam: quia condictio ob cauſam datur contra aduerſarium quãdo & ipſe fuit in mora faciendi ſeu implendi ex parte ſua: vt ſ. §. proxi. verſi. quod ſi tale. Sed ſi ille, qui tenetur nõ facere nõ põt implere ex parte ſua: aduerſarius nõ põt eſſe in mora nõ faciendi: cũ non teneatur facere niſi ego impleã: vt l. Iulianus. §. offerri. de act. empt. & l. quæro. §. inter locatorẽ. ſ. loca. Et ideo ad examinationẽ huius articuli qñ cõtractus cõcipiť hoc modo, nõ facio vt des: oportet ſcire q licet in aliis cõtractib⁹ innoꝫatis ſit locus pœnitẽtiæ, vt l. ſi pecuniã. de cõdi. ob cauſam. tñ in cõtractu trãſactionis nõ: vt l. cũ quis. C. de trãſ.

4 Hoc ergo † præmiſſo primò videam⁹ an ex hoc cõtractu oriať actio præſcriptis verbis ex parte eius, qui teneť nõ facere. Exẽplum: ſi promitto nõ petere vt des mihi centũ: & tu promittis dare centũ mihi: in quo ſic dicas, Aut iſta cõuẽtio liberatoria apponiť ſuper cõtractu bonæ fidei: & tunc põt impleri cauendo de nõ petendo: quia in cõtractib⁹ bonæ fidei cautio de nõ implẽdo modũ habeť pro implemẽto: vt l. inſulã. §. fin. ſ. loca.

a tunc põt agi præſcriptis verbis. Nã liberatio[a] ſuper cõtractu bonæ fidei diciť bonę fidei, ſicut ipſe cõtract⁹: vt l. ab emptio-

ne. ſ. de pac. & in hoc caſu põt dicere verũ gl. quæ eſt in l. ſiue apud acta. C. de tranſ. Idem ſi eſſet appoſitũ certũ tẽpus, intra qd ne fiat: qa tũc poſſet impleri nõ faciendo per totũ illud tempus, nõ eſt dubium, ſed ſi nullũ tempus eſſet adiectũ, & dicta cõuentio apponeretť ſuper cõtractu ſtricti iuris, nunq poſſet impleri: & nunq poſſet agi præſcriptis verbis: vt l. cũ proponas. & l. ſiue apud acta. C. de tranſac. Item eſt videndũ[b] vtrũ

b ſ in hoc cõtractu ex parte ei⁹, qui teneť nõ facere, ſit † locus cõdictioni ob cauſam. Et pono caſum in terminis. Promitto à te nõ petere, & tu ꝓmittis mihi dare cẽtũ: ꝓpter hoc ab actione principali te liberaui, vel alio modo cõſecutus es liberationẽ ſi nõ des centũ, vtrũ poſſum agere cõdictione ob cauſam vt te reponas in priſtinã obligationẽ? Breuiter dicas. Aut eſt talis actio quæ põt per pactũ reſtaurari: & poſſum agere cõdictione ob cauſam: vt l. ſi quis accepto. ſ. de cõdi. ob cau. & not. in l.

c actione. C. de tranſac. Et intelligo[c] qđ agã cõdictione ob cauſam: nõ ex pœnitẽtia, quia de illa nõ eſt dubiũ, ſed ꝓpter morã tuã. Videris enim eſſe in mora ex eo q p me factũ eſt quicquid potui: quia te liberaui, & tu nõ vis dare: vt no. in l. actione. Sed ſi tibi obueniſſet liberatio alio modo, quã per factum meum, vt puta p mortẽ: tunc ageretur actione præſcriptis verbis: vt d. l. cũ mota. C. de tranſac. & dixi ſ. eo. §. in ſecundo contrario. Si verò actio nõ eſt talis, quæ poſſit reſtaurari per pactum, vt actio ex delicto: vel quia fortè incertum eſt vtrũ eſſet aliqua obligatio re vel ſpe: & tunc nõ poteſt agi condictione

d ob cauſam, ſed agitur actione de dolo, vt dicta lege actione[d]. & ibi not. ſm quod glo. ſuſtinet opi. Pla. Item quæro vtrũ contractus innominati cognoſcãtur per modum ineundi, an per modum implendi, dicam j. proximo. §.

1 ☞ *Mandatum etiam non gratuitum dicitur mandatum reſpectu illius qui egit, & eius, contra quem agitur.*

2 *Contractus innominatus, & actio quæ ex eo oritur, q datur ad ſimilitudinem contractuum nominatorum, quibus aſſimulatur.*

3 *Ex contractu facio ut facias, quòd oriatur actio præſcriptis uerbis.*

4 *Contractus innominati an iudicentur ſecundum modum ineundi contractum, an ſecundum modum implendi.*

5 *Ex contractu, do ut facias & des, uel facio & do ut des oritur actio præſcriptis uerbis.*

6 *Non differt an uerba contractuum innominatorum proferantur in tempus præſens uel in futurum.*

7 *Contractus innominatus quòd non uitietur, licet apponatur ei nomen contractuum nominatorum, & non ſit.*

e Sed ſi facio. [c] Ex cõtractu facio vt facias, oriť actio præſcriptis verbis, q habet ſimilitudinẽ

1 cũ actione mãdati. h. d. † Nota q licet mãdatũ nõ ſit gratuitũ, ita q nõ pariat actionẽ mandati inter mandantẽ & ꝓcuratorẽ: tamẽ dicitur mandatũ reſpectu illius, qui agit, & contra quẽ agitur, ſine quo mandato alieno nomine agi nõ poteſt, vt

2 hic patet, dixi in l. j. ſ. de procura. † Secundo nota q contractus innoꝫatus, & actio quæ ex eo oritur, datur ad ſimilitudinẽ cõtractuũ noꝫatorũ, quibus aſſimilantť & ideo in eis venit culpa leuis, lata & leuiſſima ſm illorũ cõtractuum ſimilitudinẽ: vt ſ. titu. j. l. j. in fi. & j. eo. l. ſi gratuitã. §. j. & ij. ſ. depoſiti. l. j.

3 §. ſi quis ſeruũ. & l. eum qui. ſ. cõmo. † Tertio not. q ex contractu facio vt facias, oritur actio præſcriptis verbis. Opp. ſ.

f proxi. §. Solue vt ibi dixi. Sed quæro circa iſtum §.[f] extra

4 glo. vtrum cõtractus innominati iudicentur † ſecundum modum ineundi contractum, an ſecundũ modum implẽdi. Gloſ. ſ. ead. l. §. at cum do. in prima glo. & ſ. proxi. §. in gloſ. magna. & C. eo. l. ex placito. & de tranſac. & l. cũ mota. & C. de dolo. l. cũ proponas. vbiq dicunt q cognoſcũtur penes modum ineundi contractum, non penes modum implendi. Vnde ſi fuit contractus do vt facias, tñ tu præueniſti in faciendo, dabitur actio præſcriptis verbis, quæ oritur ex do vt facias, nõ de dolo, quæ oritur ex facio vt des. Doc. Vltramõtani in d. l. ex placito. & l. cũ proponas. dicunt contrà. ſi enim in contractu emptionis & vẽditionis ab ipſo initio ex vna parte eſt emptio, ex alia vẽditio, vt ſ. titu. l. j. ita in iſtis cõtractibus, ſcilicet in do vt facias ex parte mea erit do vt facias ex parte tua erit facio vt des. Et iſta opi. videtur mihi vera. Probo primò declarãdo rationẽ eorũ: iſti contractus innominati inducuntur ſm naturã cõtractuum nominatorũ quibus aſſimilantur: ſed in cõtractibus noꝫatis ex vna parte diciť emptio, ex alia venditio vel locatio

Universidad de Deusto

catio & cõductio & similia: ergo ita in istis innominatis. Præterea probo per incõueniẽs qđ sequereť: qd si in contrahendo neutrius ꝓmissio ꝓcedit: sed cõuenimus inuicẽ de exigẽdo debitores cõmunes vel de ædificandis insulis, vel præstandis mutuis officijs in aliquib⁹ reb⁹, ita ꝙ nõ apparet qs primò & quis postea; certè ex gl. nõ erit aliqs ex istis cõtractibus, qđ est absurdũ & falsum, vt videbitis. j. §. proximo. Ꝓterea hoc videť contra casum huius. §. appellať enim facio vt facias: & tamẽ prius conuenit vt tu faceres. Præterea in cõtractu do vt facias, fortius ex parte eius, qui debet facere, oritur actio de dolo: vt s. ea. l. §. at cum do. versi. sed si dedi. non violando literam. Et sic concludo ꝙ ab ipso initio ex parte vnius est, do vt facias: ex parte alterius est, facio vt des. Iac. But. nitebatur sustinere glo. & arguebat sic. Non debemus inspicere implemẽ tũ cõtractus, sed ipsam conuentionẽ sic: vt l. si ita fuero stipulatus. l. cũ eĩ j. de noua. Sol. rñdeo, fateor. Nõ eĩ curo de modo implendi: sed dico ꝙ ab ipso initio ex ipsa conuentione ex parte vnius accipit vno modo, ex parte alteri⁹ alio. Præterea, dicit ipse, illud debemus inspicere, qđ principaliter fit, nõ qđ accessoriè: vt l. & si nõ sint. §. peruenìamus. de aur. & argẽ. leg. Sed dic ꝙ ab ipso initio hoc principaliter agitur, sicut in emptione & vẽditione. Itẽ dicit ipse ꝙ ab initio oritur naturalis obligatio, quę postea roborať rei interuẽtu: vt s. tit. j. l. j. & l. ex placito. C. de rerũ permu. ergo primã obligationẽ debem⁹ inspicere: sed hoc fateor: tamẽ ipsa principalis obligatio ab ipso
5 initio variať, vt dixi. †Quęro quid si istę cõuẽtiones ab vna parte duplicanť vt puta, si est cõtract⁹, in quo ego do vt facias & des: vel econuerso, facio & do vt des: quæ actio oritur? Respõdeo, ꝓpter illud dare qđ est ibi: & sic cõtinet aliqd, ꝓpter qđ quæritˉ aduersario, oritˉ actio præscriptis verbis: vt j. eo. l. si
6 dñs seruũ. & l. si tibi areæ. & l. permisisti. †Quæro, cũ isti cõ-
a tractus[a] per Iurisconsultũ semper ex vna parte ponanť in præsenti tẽpore, vt do vt des, & similia: quid si ex vtraq; parte ponanť in futuro tpe, vt puta, faciã vt facias, vel dabo vt facias, vel vt des, & similia? Respõdeo, ista varietas in tẽpore nõ curatur: nam semper appellať cõtractus, facio vt des: vel do vt facias, & similia in quocũq; tẽpore sint verba posita. Istud probatur hic: nã hic appellatur facio vt facias: tamẽ ex vtraq; parte est actũ de faciendo in futurũ: similiter per oẽs. §. huius le-
7 gis. †Vltimò quæro, quid si in istis[b] cõtractibus fuit appositum aliquod nomẽ cõtractus nominati, tamen non sit: an per
b hoc vitiatur? Certè nõ. Casus est in l. proxima. & ibi dicã, &c.

1 *Habere libertum non est ius æstimabile.*
2 *Si non fiat quod conuenit, ad quod interesse agatur, & qua actione.*
3 *Ius patronatus quando sit æstimabile.*

Si ergo. Ista est vltima particula, in qua determinať quę stio proposita in principio huius legis. & h. d. In facio vt facias, datur actio præscriptis verbis, in qua venit quãtum interest mea fieri qđ conuenit. ꝙ si illud interesse cessat, quãti interest mea me nõ fecisse. Item habere libertum, nõ est ius æstimabile. h. d. Nota ex isto versi. ꝙ idem videtur si conueniat de faciendo ab vtroq;, ita ꝙ non apparet de ordine: sicut de cõuentionis ordine apparet. Secũdo no. ꝙ hic habetur ratio eius, quod interest me non fecisse qđ feci: & hoc in
1 actione præscriptis verbis. †Tertio no. ꝙ habere libertum,
2 nõ est ius æstimabile. †Opp. & videť ꝙ in hac actiõe veniat quãti interest mea te nõ fecisse: vt s. ea. l. §. j. & ij. Sol. hic nõ potest venire illud interesse, quia nullum est ideo deuenitur ad istud. Sed cõtra: imò qñ cessat illud interesse te nõ fecisse quod conuenit, deuenit ad condictionẽ ob causam, per quã repetit quod est datũ. l. si tibi decẽ. j. eo. Sol. illud verum qñ illud, qđ est datũ, est repetibile: sed hic erat data libertas quæ non potest repeti seu reuocari: vt l. cũ proponas. C. de dolo. Sed oppo. ꝙ tunc in locã cõdictionis ob causam datur actio de dolo ad interesse: vt l. cũ ꝓponas. C. de dolo. & dixi s. ea. l. §. quod si faciam. Solu. Quãdoq; reperitur vnum interesse ꝙ fiat quod cõuenit: & illud quod est datum vel factum potest repeti: & tunc datur actio præscriptis verbis & cõdictio ob causam: vt s. ead. l. §. j. Quãdoq; non reperitur interesse ꝙ fiat quod conuenit: & illud quod est factum vel datum non potest repeti: tunc datur actio ꝓscriptis verbis, quatenus interest me non fecisse quod conuenit, vt hic. Quandoque reperitur interesse fieri quod cõuenit, tñ res data nõ est repetibilis: tũc cõdictio ob causam nõ potest dari. quia non est repetibilis res: tunc actio præscriptis verbis nõ potest dari ad interesse, quatenus interest mea nõ fecisse: qa habet aliud interesse quod in ea venit, scilicet quatenus interest mea fieri qđ conuenit: ideo datur actio de dolo: vt l. cũ proponas. C. de dolo. Qñq; nõ repetitur interesse fieri quod cõuenit, sed res data est repetibilis: tũc nõ datur actio de dolo, nec præscriptis verbis: sed cõdictio ob
3 causam. l. si tibi decẽ. j. eo. †Vltimò opp. ꝙ ius patronatus debeat æstimari: vt s. de
c act. emp. l. idemq;. in ꝓfin. aliàs l. Titius[c]. la prima. Sol. vt in gl. & no. ꝙ qñ quis manu misit suo arbitrio: tunc ius patronatus est æstimabile. Qñ verò quis manumisit alterius voluntate: tũc ius patronatus nõ po- c
test æstimari. Ita loquitur hic. & j. de leg. j. l. planè. la ij. §. fi. & l. seq. quod no. &c.

1 *Error in nomine contractus quòd non uitiet contractum.*
2 *Si in libello narratur & concluditur in aliquo contractu innominato, & in fine dicatur, & ad hoc propono actionem ex empto, quòd libellus non uitietur.*
3 *Si appello syndicum, qui est procurator, quòd ista nominatio non uitiet.*

d
1 **Insulam.** [d]Error in nomine cõtractus, †nõ vitiat cõtractum. h. d. Simile no. in l. si olei. C. locati. Et sic facit ad multa. Primò ꝙ si narratur †in libello, aliqs contra-
